permiſit hũilitatis amator: nec ꝓ-
pter hoc dimiſit: dans nobis exẽ-
plum ſub ſpecie alicui⁹ apparẽtis
boni recedam⁹ ab hũilitatis amo-
re: et ꝙ diſcam⁹ etiam in alioꝝ ocu
lis viles ⁊ abiecti velle eſſe et ap-
parere.

## ¶ Que facta ſunt in preſepio ante oblationem. Capitulũ. x.

Expeditis igiť magis
et ad patriã reuerſis ⁊
tota oblatione paupe-
ribus erogata: adhuc
dña mundi cũ puero
ieſu et nutritio ſuo ſctõ ioſeph apđ
preſepe in illo locello patiẽter ⁊ hu
militer expectat: eſtq; vſq; ad qua
drageſimũ diem: ac ſi eſſet queuis
alia mulier de populo: ⁊ puer Je-
ſus eſſet hõ pur⁹: ⁊ indigeret legis
obſeruatiõe: ſed nolebãt ꝓrogati-
uas ſingľares allegare: iõ legẽ ob-
ſeruabant. Stabat igiť dña more
aliarũ mulierũ dictã diem expe-
ctans ingreſſura in templũ. Sta-
bat vigilãs et attẽta ſup cuſtodia
dilecti filij ſui. O de⁹ cũ q̃ta ſolli-
citudine ⁊ diligẽtia eũ obſeruabat
vt ne in minimo eſſet defect⁹ circa
filiũ ſuũ dilectũ. O q̃ta reuerẽtia
et cautela ac pio amore ipm̃ ꝯtre-
ctabat: q̃ v̄e ſciebat ipm̃ eſſe deum
et dñm ſuum: flexis genib⁹ accipie
bat ⁊ reponebat eũ in cunis. Cum
q̃ta etiam iocũditate: cõfidentia:
et auctoritate materna / ipm̃ am-
plexabatur / oſculabať dulciter et
delectabatur in eo quẽ cernebat
eſſe filiũ ſuum. Quã ſepe q̃ curio
ſe intuebať eum in vultu ⁊ ſingu-
lis partibus eius ſacratiſſimi cor-

poris. Quā serioſe ac prudenter tenella mēbra feſtinās cōponebat ⁊ coopiebat. Sicut enī fuit humilima: ita et prudētiſſima. vñ in ſingulis officijs ⁊ obſequijs vigilanti et domīnicti ſedule miniſtrabat: non ſolū infantulo: ſed etiā grandeuo. Q̄ꝫ libēter eū lactabat: vix fieri potuit: quin magnā ⁊ inexpertam dulcedinē pre alijs feminis in tali filio delectationemqꝫ ſentiret. Sed ⁊ de ſancto ſene ioſeph refert beat⁹ Bern. ſe credere q̄ puerū ieſum ſup genua ſua tenēs eidē frequēter arriſit. Stāte igit̄ dño apd̄ preſepe: ſta ⁊ tu cum ea: et delectare freq̄nter cum puero ieſu: q: virtus exit ab ipſo. Quelibꝫ enī alia fidelis maxime religioſa pſona a die natiuitatis vſqꝫ ad purificationem debet ſaltē ſemel in die ad dictum preſepe adorare puerū dñm ieſum et matrē ⁊ affectuoſe meditari de paupertate, humilitate, et benignitate ipſorum.

## De purificatiōe beate marie. Luc.ij. cap.xj.

Aduenīente ergo q̄dragesima die ꝑut in lege ſtatutū eſt: exijt domina extra cū puero ieſu et ioſeph et veniunt a bethleem in hieruſalē: q̄ ſunt q̄nqꝫ miliaria: vt ꝑm legē ſiſterēt eū domino. Uade et tu cū eis ⁊ adiuua portare puerū ⁊ diligēter oīa que dicūtur ⁊ fiunt audi ⁊ vide: q: deuotiſſima ſunt. Adducūt aūt dñm templi ad templū dñi. Cūqꝫ intraſſent templū: emerunt duos turtures: aut duos pullos colūbarū vt offerrent ꝓ eo: ſicut pro paupib⁹ fiebat. Et q: erant pauprum credendum eſt magis de pullis colūbarum: quia facilius et pro minori precio inueniebantur. Et ideo in lege ponuntur in vltimo loco: et euāgeliſta tacet ex quo erat oblatio diuitū. Et ecce ſymeon iuſtus venit in ſpiritu in tēplum: et ſicut reſponſum acceperat agnouit chriſtum dñi. Cum autē feſtināter veniens vidiſſet eum: ſtatim cognouit eū ꝓphetico ſpiritu et accelerās adorauit eū inter brachia matris. Puer aūt benedixit eum. Et a[...]ciens mr̄em inclinauit ſe oſtēdens ſe velle ire ad eum. Q̄d mater intelligens q̄uis admirans: porrexit eum ſymeoni. At ille gaudenter ⁊ reuerenter eū ſuſcipiens in vlnis ſuis ſurrexit bn̄dicēs deū et dixit. Nunc dimittis ⁊c̄. Et ꝓphetauit de paſſione eius. Superuenit et Anna filia ſamuel de tribu aſſer. Reſume textum. Et adorans eū ſimiliter de eo loquebatur magnalia. Mater vero ſup his admirās: ⁊ oīa rumināſ pſeruabat in corde ſuo: deinde puer ieſus extendēs brachia ſua v̄ſ⁹ mr̄em: iuit ad eā. Poſtea vadūt ad altare ꝓceſſionē faciētes: q̄ hodie repr̄ntat̄ p vniuerſū orbē: ꝓcedūt alacrit̄ illi duo venerabiles ſenes ioſeph et ſymeon: tenētes ſe p man⁹ ⁊ cū exultatiōe magna iubilātes ⁊ pſallētes. Cōfitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in ſeculū mia ei⁹. ps.cv. Fidelis dñs in oīb⁹ v̄bis ſuis ⁊c̄. Redēptionē miſit dñs ⁊c̄. Qm̄ hic eſt de⁹ de⁹ nr̄ ineṫnū ⁊ in ſcl̄m ſcl̄i ipe reget nos in ſcl̄a. Suſcepim⁹ deus miſericordiam tuā ⁊c̄. Uirgo vero mater ſequitur portā ſregē gl̄ie ieſū: anna ſociat eam vadens ex latere cū reuerentia iubilans ⁊ ipſa cum gaudio indicibili laudans deum. Ab iſtis paucis fit ꝓceſſio: paucis q̄dem: ſed magnis valde et repreſentantib⁹ omne genus hominū. Sūt enim inter eos de maſculis ⁊ feminis ſenibus et iuuenibus virginibus et viduis. Cum autē peruenerunt ad altare: mater cū reuerentia genuflectit ⁊ offert dulciſſimū filiū ſuū deo patri ſuo dicēs. Acci

pe pater excellẽtiſſime vnigenitũ
noſtrũ: quẽ ſcḋm mandatũ noſtre le-
gis tibi offero: qꝛ primogenit⁹ me⁹
eſt. Sꝫ rogo pater vt mihi eũ red-
das. Et ſurgẽs dimiſit eũ ſup alta-
re. O deus qualis oblatio eſt iſta?
Nunq̃ a ſcl'o talis facta fuit: nec
fiet. ſtat puer ieſus ſup altare ſicut
quilibꝫ ali⁹ paruul⁹: ⁊ facie matu-
ra reſpicit matrẽ et alios. ac patiẽ-
ter et hũiliter reſpicit et expectat
q̄d fieri deinceps debeat. Aduo-
cãtur ſacerdotes rediniturq̄ do-
min⁹ oĩm tanq̃ ſeruus q̄nq̄ ſiclis
more alioꝝ. Siclus eſt gen⁹ mo-
nete: quib⁹ a ioſeph ſacerdoti ſolu-
tis: mater letanter reaccipit pueꝝ.
Accepit etiã de manu ioſeph ꝑdi-
ctas aues vt offerret eas. Et genu
flectẽs obtulit eas dicẽs. Accipe
clemẽtiſſime pater hanc oblatio-
nẽ hoc munuſculũ ⁊ primũ donũ:
q̄d paruul⁹ puer noſter hodie de
ſua paupertate ꝑſentat. Sed ⁊ puer
ieſus man⁹ ad aues porrigẽs ocu
los leuauit ad celũ et nec dum lo-
quens geſtibus ſimul cũ matre ob
tulit: et poſuerunt eas ſup altare.
Vidiſti quales oblatores ſunt iſti:
mater et filius? Nũquid potuit ta-
lis hoſtia (q̄uis parua) paruipen
di vel etiam repudiari? Abſit. Sꝫ
potius fuit per man⁹ ſanctoꝝ an-
geloꝝ in ſupna curia preſentata ⁊
accepta valde ita q̄ tota iubilat.
Poſtea virgo beata adorans ⁊ re
cõmendans ſe eterno pr̄i: diſceſſit
de hieruſalẽ viſitatura elizabeth:
et volens videre iohãnem anteq̃
de illis partib⁹ diſcederet. Vade
et tu ſemp cum ea quocũq̄ vadit:
et adiuua puerũ. Cũ ergo veniſſẽt
ad eam fecerũt magnũ feſtũ: ma-
xime de pueris ſuis: ſed et pueri le
tabãtur adinuicẽ. Et iohãnes q̄ſi
intelligens reuerenter ſe habebat
ad ipm̄. Accipe et iohãnẽ: qꝛ hic
puer magn⁹ coram domĩo ⁊ ſic for
te benedicet tibi. Aliquib⁹ autem
diebus ibi mora cõtracta: redeũt
nazareth. Si autẽ in predictis vis
informari de humilitate: ⁊ de pau
citate ꝯſiderata oblatione: redem-
ptione ⁊ legis obſeruatione: de fa-
cili potes aduertere.

## ¶ De fuga dñi in egyptum. Matth. ij. Ca. xij

Cum ergo ꝑgerent ver
ſus nazareth neſcien-
tes ſup hoc conſilium
dñi: ⁊ herodes para-
ret ſe ad necem pueri
ieſu: angel⁹ dñi apparuit in ſõnis
ioſeph dicens ei: vt cũ puero ⁊ ma
tre eius fugeret in egyptũ: qꝛ he-
rodes querebat perdere animam
pueri. Ioſeph aũt euigilans exci-
tat matrẽ: et dixit ei. Ipſa vero in-
continenti ſurgẽs nulla mora con
tracta voluit iter accipere. ꝯcuſſa
ſunt eni ad hanc vocẽ oĩa viſce-
ra eius: et circa filij ſalutẽ nolebat
negligens inueniri. Quare de no-
cte ſtatim incepit ire verſus par-
tes egypti. Meditare bene predi-
cta et iſta: et vide quomõ puerũ
ieſum dormientẽ eleuet. Conſide-
ra et actus illius pueri ieſu dũ ex-
citatur: et q̄ non ꝑmittitur quie-
ſcere: et compatere ipſis. Attende
diligenter q̄ multa bona in preſen
ti negocio conſiderare potes. Pri
mo conſidera quomodo in ſua per
ſona ſuſcepit proſpera ⁊ aduerſa
et cum ſimile tibi contigerit nõ ſis
impatiens. Nam iuxta montẽ in-
uenies vallem. Ecce enim in nati-
uitate ſua magnificat⁹ xp̄s fuit a
paſtorib⁹ vt de⁹: et parũ poſt fuit
circũciſus vt peccator. Deide ma
gi veniẽtes eum plurimũ honora-
uerunt: ⁊ nihilomin⁹ ipſe in ſtabu-
lo remanẽs ſtabat inter aĩalia et
plorabat vt cuiuſdã homũcij fili⁹.
Poſtea fuit preſentat⁹ in templũ
quẽ multũ extulerũt ſymeon ⁊ an-
na. Et nunc ab angelo dꝛ vt fugiat

in egyptū. Et de multis talib⁹ po
teris in vita ſua ꝓcedere q̄ ad no-
ſtram inſtructiōem poſſum⁹ retor
quere. Cū ḡ cōſolationē habueris
tribulationē expecta: et ecōuerſo.
vñ in eis nec extolli nec frāgi debe
mus. Dat nobis dñs cōſolationes
ad ſpem ſubleuādā ne diffidam⁹:
et tribulationes ad humilitatē cō-
ſeruādā: vt cognoſcētes miſeriam
noſtrā ſtemus ſemꝑ in ſuo timore.
Ad noſtrā ergo inſtructionē medi
temur ipm̄ hoc feciſſe vt ſe diabo-
lo occultaret. Scđo cōſidera cir-
ca dei cōſolationes ⁊ bñficia: quia
q̄ ea non ꝑcipit nō deijciat̄ ab alio
nec habēti inuideat. Hoc dico q̄r
angeloꝝ locutiones fiebāt ioſeph
et non matri: cū tñ lōge inferior eſ
ſet ea. Ipſe q̄ percipit licet non ꝑci
piat ꝓ ſuo velle: non debet ingrat⁹
eſſe nec murmurare: cum Ioſeph
q̄ tāt⁹ erat apud deū non palā ſed
in ſomnis tātū tales allocutiones
ꝑciperet. Tertio cōſidera quō de⁹
dat et ꝑmittit ſuos ꝑſecutionibus
et tribulationib⁹ vexari. Nōne ma
gna tribulatio erat matri ⁊ ioſeph
cū viderēt puerū ad occiſionē que
ri? Quid eñ graui⁹ poterat audi
ri? Erat i hoc eoꝝ tribulatio q̄r li-
cet ſcirēt ipm̄ eſſe filiū dei/ tñ pote
rat ſenſualitas eoꝝ turbari ⁊ dice
re. Dñe deus oīps quid eſt ꝙ iſte fi
lius tu⁹ fugiat? nōne potes eū de-
fendere? Etiā in hoc erat tribula-
tio ꝙ in terrā longiquā oportebat
eos ire quā ignorabāt: et per vias
aſperas cū tñ dña eſſet inhabilis
ad eūdū ꝓpter iuuētutē et ioſeph
ꝓpter ſenectutem. Ipſe etiā puer
quē portare debebāt vix erat duo
rum menſiū: et peregrinari habe-
bāt in terra aliena pauperes et q̄ſi
nihil habētes. Oīa eñ iſta ſunt af
flictiōis materia. Quarto cōſide-
ra benignitatē dñi/ et vide quō ci-
to perſecutionē patit̄ et fugat̄ de
terra natiuitatis ſue: et tñ benigne
cedit furori illi⁹ quē perdere pote
rat in momēto. Profunda eñ eſt
hec humilitas et patiētia magna.
Nolebat ei vicem reddere ⁊ offen
dere: ſed fugiēdo inſidias ei⁹ vita-
re. Sic ⁊ cōuenit facere obiurgā-
tibus reꝑhēdētib⁹ vel perſequēti-
bus nos: non eis reſiſtere/ vel de
ipſis vindictā accipere: ſed patiē-
ter eos portare ⁊ eoꝝ furori cede-
re: et qđ plus eſt ꝓ eis orare. Et ali
bi dr̄ in euāgelio. Fugiebat ḡ dñs Mat. ij.
ante faciē ſerui ſui: imo poti⁹ ſerui
diaboli. Portabat eū mater iuue
nis ⁊ tenera valde: et ioſeph multū
ſenex in egyptū per viā ſiluestrem/
obſcurā/ nemoroſam/ aſperā et in-
habitatam: per viā etiā valde lon-
gam. Dicit̄ eñ ꝙ iter curſoꝝ ſunt
vndecim vel duodecim diete: pro
eis aūt fuit iter duoꝝ mēſiū. Iue
rūt eñ vt dr̄ per illud deſertū per
qđ trāſierūt filij iſrael quadragin-
ta annis. Sed qđ faciebant de vi-
ctu ſecum portādo? Vbi etiā vel
quō de nocte quieſcebāt vel hoſpi
tabātur. Raro eñ domos i illo de
ſerto inueniebant. Aut quō porta-
bāt penas eſtus ⁊ ſolem q̄ erāt ita
delicati? Cōpatere ḡ eis: q̄r labor
difficilis magn⁹ et longus eſt tam
ipſis q̄ȝ puero ieſu. Vade ei tu cū
eis: iuua portare puerū: et ſi qua
alia portāt: et ſeruias eis in oībus
quib⁹ potes. Non debet videri no
bis labor pro nobiſmetipſis penitē
tiam agere ꝓ quib⁹ tātus labor ab
alijs ⁊ talib⁹ ac totiēs eſt aſſūpt⁹.
De his aūt q̄ ipſis in deſerto ⁊ per
viā contigerūt q̄r pauca autētica
inueniūtur nō curo referre. Cum
ergo in egyptum intrauerūt oīa
idola ꝓuincie corruerūt ſicut per
Eſaiam fuerat ꝓphetatū. Aſcen- Eſa. xix.
det dñs ſuꝑ nubē leuē et ingredie
tur egyptū: et cōmouebuntur oīa
idola egypti. Iuerūt aūt ad quā-
dam ciuitatem que vocat̄ hermo-
polim: ⁊ ibi quādam domūculam

conducẽtes habitarũt ibi p ſeptẽ annos: vt peregrini ꝛ aduene/ pauperes ꝛ egeni/ incogniti ꝛ deſpecti. Sꝫ occurrit pia/ pulchꝛa ꝛ valde compaſſiua meditatio. Aduertas bene q̃ ſequũtur. Unde eñ et quõ viuebãt iſti tãto tẽpoꝛe: et nunqd mendicabãt? Legitur eñ de dña ꝙ collo/ acu et opere textrino ſibi et filio querebat neceſſaria. Suebat ĝ et filabat dña precioſa mũdi amoꝛe paupertatis. Multum per oẽm modũ paupertatẽ dilexerũt: et eidẽ pfecte vſqꝫ ad moꝛtẽ ſeruauerũt fidẽ. Sed nũqd ipa ibat per domos petẽdo pãnos et alia ĩ qb⁹ operaref? Opoꝛtuit eñ hoc p vicinas innoteſcere: al's vacaſſet ab iſtis: qꝛ ille mulieres non poterant diuinare. Sꝫ cũ puer ieſus cepit eſſe quiquẽnis vel ſic: nũqd poꝛtabat ambaſſiatas matri/ petendo ꝓ ea? Sed nũqd poꝛtabat ex pte matris opera facta petẽs ſolutionem ꝛ preciũ? Nõne ĩ talib⁹ erubeſcebat puer ieſus fili⁹ dei et mater ipm mittens? Sed ꝛ ſi aliquotiẽs dñ opus reddidiſſet ꝛ preciũ peteret aliqua ſuperboſa/ rixoſa et loquax pſona eidem iniurioſe rñdit: et opus factum accepit: et eũ ſine precio expulit: et ſic vacu⁹ domũ redijt. O quot ꝛ q̃te iniurie aduenis (quas dñs nõ voluit vitare: ſed ſuſcipere) fieri cõſueuerũt. Quid etiã ſi aliqñ domũ rediens ꝛ famẽ patiẽs moꝛe pueroꝝ petijt panem nec vnde daret habuit mater ſua? Nõne in his ꝛ cõſilib⁹ cõcutiebantur oĩa viſcera ſua? Cõſolabaf verbis vt poterat filiũ ſuũ: et vt poterat opem ꝓcurabat: et ſibi aliquãdo foꝛte ſubtrahebat de victu vt filio reſeruaret. Hec et his ſilĩa de puero Ieſu meditari potes. Dedi tibi occaſionem: tu vo ꝓut tibi videtur eſtimabis et pſequeris: ſiſqꝫ paruul⁹ cũ paruulo ieſu: nec parnipẽdas talia humilia ꝛ que puerilia videntur meditari de ipo. Videtur eñ dare deuotionem: augere timoꝛem: ꝛ accẽdere feruoꝛem: et inducere ad cõpaſſionem/ puritatem ꝛ ſimplicitatem: cõferre humilitatem et paupertatẽ: vigoꝛem inſtruere: et cõſeruare familiaritatem: et cõfoꝛmitatẽ facere: ꝛ ſpem eleuare. Nã ad ſua ſublimia aſcendere non valem⁹. Sed qd ſtultum eſt dei/ ſapiẽtius eſt hoĩbus: et qd infirmum potẽti⁹. Videtur eñ talium meditatio tollere ſuperbiã: cupiditatem eneruare: ac curioſitatem cõfundere. Vides quot bona inde proueniũt. Sis ĝ (vt dixi) cũ paruulo paruulus: et cũ grãde ſcẽte grãdeuus/ ſemper tamen humilitate ſeruata: ſequaris eũ quocũqꝫ ierit: ꝛ intuearis faciem eius ſemper. Et in ſuperioꝛib⁹ aſcẽdẽs q̃ laborioſa fuit eoꝝ paupertas/ et q̃ verecũda cõſidera. Et ſi ĩ oĩbus querere victũ opoꝛtebat: qd de veſtimentis dicem⁹? Quid de vtẽſilib⁹: ſcꝫ lectis ꝛ alijs infra domum oppoꝛtunis? Nũquid duplicia habebat? Nũquid ſuperflua? Hec cõtra paupertatẽ ſunt: ideo ſi hr̃e poſſet nollet ea amare amoꝛe paupertatis. Sed nũquid dña ſuendo aut alia operãdo faciebat (moꝛe quoꝛũdam) opera curioſa? Abſit. Faciat hoc qui tẽpus perdere non curat. Non eñ poterat licet in tãta egeſtate poſita expendere tempus in vanis: nec al'as feciſſet. Eſt eñ pericloſum vicium maxime perſonis religioſis. Vis videre quõ? Primo: qꝛ tẽpus ad laudãdum deum cõceſſum expẽditur in vanis contra ipm. Multum eñ plus occupat de tempoꝛe q̃ expedias op⁹ curioſum: et hoc valde malum eſt. Scdo: qꝛ faciẽti eſt cauſa vane gloꝛie. O quotiens reſpicit/ recogitat ꝛ mẽte reuoluit etiã quãdo non operatur: et quando debet in deum attẽdere: vt pul

chꝛum opus faciat. Ex inde etiam se reputat ⁊ vult reputare. Tertio qꝛ ei cui opus facit est causa supbie. Tali em̄ oleo nutrit̄ ignis supbie ⁊ magis accēditur. Sicut em̄ rudia ⁊ grossa sunt hūilitatis exēplum: sic ista superbie. Quarto: quia est materia retrahēdi hoīem a deo. Nam s̄m beatum Greg. tāto quis a superno amoꝛe disiungitur/ q̄to inferiꝰ delectatur. Quinto: qꝛ ip̄m est ei concupiscētia oculoꝛum vnum de tribꝰ peccatis ad que oīa reducūtur. Ad nihilū em̄ talia valent nisi vt oculi pascātur inde vane. Nam quotiēs quis ī talibus delectabiliter respicit: et vane ocl'os pascit: tam q̄ facit q̄ꝫ qui poꝛtat et vtitur totiens offendit. Sexto: quia multoꝝ alioꝝ est laqueus et ruina: vel delectabiliter aspiciēdo: vel similem cōcupiscendo: vel diiudicādo: vel detrahēdo vl' murmurādo. Cogita ergo quotiens deus offendi pōt anteꝗ̄ illa curiositas sit deleta: oīm aūt taliū ille q̄ fecit opus est causa. Unde si pater doceret filiū facere hmōi/ non deberet filiꝰ consentire: qꝛ peccato non est cōsentiēdum vllo modo. Uides ergo quot mala ex tali curiositate pꝛoueniāt. Adhuc est aliud malum ⁊ peius oībus qꝛ curiositas directe obuiat paupertati vltra oīa pꝛedicta: et in hoc ꝙ leuis inconstātis ⁊ vani animi est iudicium. Hec autē sic curiose dixi vt curiosa vites. Non tamen sic debet intelligi quin aliquo casu debeant fieri opera pulchꝛa ⁊ delicata: specialiter ī his que diuino cultu mācipātur. In oībꝰ tamen oīs inoꝛdinata affectio ⁊ intētio est cauenda. Sed redeamus in egyptū et conspice dn̄am in laboꝛibꝰ suis: suēdo/ filando/ texendo: quō facit oīa humiliter/ fideliter et sollicite: semꝑ habēs diligētē curā suꝑ dilecto filio suo ⁊ suꝑ gubernatiōe domus: necnon vigilijs et oꝛationibꝰ iuxta posse semper intenta: et toto affectu eidē cōpatere: considerās ꝙ non habuit regnū gratis dn̄a regni. Sed illud foꝛte cōtingebat sepe ꝙ alique bone matrone vidētes eius paupertatem/ sanctam ⁊ honestam cōuersatiōem aliqua trāsmittebāt: que humiliter ⁊ cū gratiarum actione recipiebat. Sed et sanctꝰ Joseph aliqua operabatur ī arte lignaria. Undiqꝫ sibi cōcurrit cōpatiēdi materia. Tādem dum aliquam moꝛam cū ea cōtraxeris/ pete licentiā recedēdi: et benedictionem pꝛimo a puero: deinde a matre: postea a Joseph genibus flexis cum lachꝛymis ⁊ compassione magna valefaciens eis: quia tanq̄ꝫ exbāniti ⁊ exules a patria sua sine aliqua causa remanēt ad peregrinandum ibidem per septem annos in sudoꝛe vultus sui.

## De reditu domini in egypto. Ca.xiij.

Completis septem annis qbꝰ dn̄s peregrinatus est ī egyptum: āgelus dn̄i apparuit in somnis Joseph dicēs. Tolle puerū et matrē eiꝰ et vade in terrā israel. Et cū fuisset ibi: audiēs ꝙ archelaus filiꝰ herodis regnaret ibi/ timuit illo ire. Et iterum ꝑ angelū ammonitus iuit ad galileā ciuitatē nazareth. Fuitqꝫ reditus eiꝰ circa festū epyphanie scꝫ scd'a die: vt ī martyrologijs habetur. Uides ergo vt dꝛ ī supioꝛi tractatu/ quō dedit cōsolationes et reuelationes per ptes: et nō ita plenas vt expetit et exposcit. Hō ex duobꝰ in hoc festo pōt perpēdere: tū qꝛ ī somnis ⁊ non palā vt ibi dixi: tū qꝛ iter duas vices dixit ei ad quē locū ire deberet. Et dicit hic glo. ꝙ hoc sit qꝛ ex frequēti visi-

tatione q̄s certior reddit. Unde qualeſcūq; ſint nobis debēt videri magna: et inde ſim⁹ grati: q2 ſemp ex pte ſua facit nobis qđ nobis vtilius eſſe cognoſcit. Nūc ḡ circa reditum inſiſtam⁹. Circa quē diligēter attende: q2 pia eſt hec meditatio valde. Redeas igit in egyptū ad viſitādum puerū ieſum quē cū extra forte inter pueros inueneris: ipe te videns ſtatim occurret tibi: q2 benign⁹/affabilis ⁊ curialis eſt. Tu vo genuflectens oſculeris pedes eius: et poſt inter brachia tua ipm̄ ſuſcipias: et aliquātulū ab eo quieſcas. Tūc dicet tibi. Data eſt nobis licētia redeūdi ad patriam noſtrā: et cras hinc recedere debemus. Bona hora veniſti: q2 nobiſcum itur⁹ es. Cui alacriter reſpōdeas te ex hoc multū gaudere: et q eum optas ſequi quocūq; ierit. Ex his collocutionib⁹ cū eo delecteris. Dixi iam tibi q hmōi que puerilia videtur meditari multū valēt: et plus ea ad maiora tranſmittent. Poſtea ducet te ad matrē et curialiter honorabit te. Tu vero genuflectēs fac reuerētiam eis ⁊ ſancto ſeni ioſeph: et requieſce cū eis. Mane ſequenti videbis aliq̄s matronas de noticia: et homines venientes ad aſſociādū eos vſq; extra portā ciuitatis: pter placitā et ſanctā conuerſationem eorum. Predixerat eni diſceſſum ſuum per viciniā per plures dies. Primo: q2 nō erat couenies vt ſubito et q̄ſi furtim inde recederent. Secus eni fuit q̄n venerūt in egyptum: q2 timebāt mortē pueri. Incipiūt igit recedere ⁊ ioſeph cum hoib⁹ recedit ⁊ dn̄a ſequit a longe cū matronis. Tu vo accipiēs puerum per manū vade i medio ante matrē. Nam ipa poſt ſe non dimitteret eū. Cū aūt ſunt extra portā Joſeph non ſe patit ampli⁹ ſociari. Tunc aūt aliq̄s ex eis cōpatiēs paupertati eo puer vocat: et aliquos denarios ei tribuit p expenſis. Verecūdabat puer accipere: tn̄ amore paupertatis manum parat/pecuniā accipit: verecūde tn̄/ ⁊ grās egit. Sic ⁊ plures fecerūt. Vocat eni a matronis que ſilr fecerūt ei. Non min⁹ verecūdat mater q̄ filius: verūtamen grās egit eis humiliter. Vere hic illis cōpati potes: cū ille cui⁹ eſt terra ⁊ plenitudo eius pro ſe ⁊ matre ⁊ nutricio ſuo ſic paupertatē arctā elegerit: et i tāta penuria vixerit. Multum relucet in his paupertas ſanctiſſima: et nobis amabilem et imitabilē eā oſtēdūt. Tādē grās agētes eis valefaciūt oib⁹ et iter arripiūt. Sed qūo rediit puer ieſus infantul⁹? Difficilior eni mihi videtur redit⁹ q̄ acceſſus. Nam q̄n venit i egyptū ita paru⁹ erat q poterat portari: nunc aūt ita magn⁹ eſt q portari nō pōt: ⁊ ita paru⁹ q per ſe ire non pōt. Sed forte aliqui ex illis bonis vir dedit eis aut cōmodauit aliquē aſellū ſup quē ire poſſet. O puer egregie ⁊ delicate rex celi ⁊ terre q̄tū laboraſti p nobis et q̄cito hoc cepiſti. Vn̄ ppheta predixit i pſona tua. Pauper ſum ego ⁊ in laborib⁹ a iuuētute mea. Penurias magnas / labores arduos afflictiones corporis cōſtātiſſime ſumpſiſti ⁊ habuiſti temetipſum quaſi odio p labore noſtro. Certe ſol⁹ hic labor de quo hic tractauim⁹ nūc ad plenā redēptionē noſtram ſufficere potuiſſet aut debuiſſet. Accipe ḡ puer ieſum ⁊ pone ſup aſellū ⁊ fideliter ducas eū. ⁊ cū deſcēdere voluerit letāter in brachiis tuis ſuſcipias: et aliquātulū teneas / ſaltē quouſq; veniat mater ei⁹: que aliquantulū plan⁹ ābulat. tūc puer ibit ad eā: eritq; matri reqes magna receptio filii. Vadūt igit et trāſeūt per deſertū per qđ venerant. Et in ipo itinere

ſepe poteris eis compati: et recipe re eos fatigatos: et labore victos: et tā de die ꝙ̄ de nocte parū quietis habētes. Cū aūt fuerūt prope finem deſerti inuenerūt ſanctū iohānem baptiſtam qui iam inceperat facere ibidem penitētiā: cū tamen nullum haberet peccatū. Dicitur em̄ ꝙ locus iordanis vbi baptizauit iohānes ieſum/ eſt ille vnde tranſierūt filij iſrael quādo venerunt de egypto per dictū deſertum: et ꝙ ꝓpe locū in illo deſerto Johānes penitētiam fecit. Unde poſſibile eſt ꝙ puer ieſus inde trāſiēs in reditu ſuo inuenit eū ibidē. Mediteris ergo quō ſuſcepit eū alacriter: et ibi aliquantulū ſubſiſtēs comedūt cum illo illa cruda cibaria q̄ iohānes al's ibi comedebat. Tādem immēſa recreatione ſpūs habita/ valefaciūt ei. Tu aūt i aduentu ⁊ in receſſu genuflectēs iohāni/ deoſculeris pedes ei⁹ benedictiōem petēs/ et ei te recōmēdās. Excellens em̄ valde et mirabilis eſt puer iſte: ipē em̄ fuit prim⁹ heremita: principium et via oīm i religione viuere volētium. Fuit etiā virgo puriſſim⁹ predicator maximus pluſꝙ̄ ꝓpheta/ martyr glorioſus. Poſtea tranſeuntes iordanem applicuerūt ad domū Elizabeth vbi magnum ⁊ iocūdum feſtum factū eſt inter eos. Et ibidē audiēs ioſeph ꝙ archelaus filius herodis regnaret in iudea, timuit

Luce.ij. illo ire. Et ammonitus ab angelo in ſomnis venit in galileā in ciuitatem nazareth vt prediri. Ecce reduximus puerū ieſum de egypto. Et eo reuerſo cōcurrerūt ſorores dn̄e ⁊ alij conſanguinei ⁊ amici ad viſitādum eos. Ipi aūt i nazareth quieſcūt ⁊ pauperem vitā ducūt. Exinde aūt vſqꝫ ad duodecimum etatis ſue annū non legit̃ aliquid de ipo. Dicit̃ aūt ⁊ eſt v̄iſile ꝙ ibi eſt fons de quo puer ieſus deferebat aquā matri ſue. Faciebat em̄ hec ſeruitia humiliter matri humilis dn̄s: nec ipa habebat alium ſeruiētem. Potes em̄ meditare ꝙ cū matre ꝓpa ieſu ſorores dn̄e veniebant/ veniebat et iohānes euāgeliſta q̄ tūc erat annoꝝ quinqꝫ. Nam legitur de eo ꝙ obijt anno a paſſione dn̄i ſexageſimo ſeptimo: etatis ſue āno nonageſimooctauo. Et ſic tēpore paſſiōis trigita vnū annos habebat cū dn̄s ieſus haberet trigintatres et parū plus. Cū ergo dn̄s ieſus hoc reditu eſſet ſeptē annoꝝ iohānes erat quīqꝫ annoꝝ. Intuere eos ſimul ſtantes ⁊ cōuerſantes ꝑut dn̄s deus dabit tibi. Hic fuit ille diſcipulus quem poſtea familiarius diligebat Jeſus.

## Quō puer ieſus remāſit i hierl'm. Lu.ij. Ca.xiiij.

Cum aūt eſſet ieſus annoꝝ duodecim aſcendit cū parētib⁹ in hieruſalem ſm̄ ↄſuetudinem ⁊ preceptum dici feſti: et durabat per ſeptem dies. Laborabat nūc puer ieſus itineribus legis et vadit nūc: et honorat patrē ſuū celeſtē in feſtis ſuis. Eſt em̄ amor ſumm⁹ inter patrem ⁊ filium. Sed maior erat ei afflictio et dolor cordis acerbior de ei⁹ inhonoratione in petōꝝ multipliciū cōmiſſione: ꝙ̄ de honore apparentis ⁊ exterior; pōpe ⁊ feſti leticia. Stabatqꝫ dn̄s leg; obſeruās legē et inter alos cōuerſans humiliter quaſi quilibet ali⁹ pauperculus. Cōſummatis aūt dieb⁹ feſti recedentibuſqꝫ parētib⁹ puer ieſus remanſit in hierl'm. Attēde hic bene ad oīa que dicūtur ⁊ fiūt: et te preſentem exhibeas: valde em̄ deuota et ꝓficua materia eſt. Dixi aūt iam tibi ꝙ nazareth vbi dn̄s habitat diſtat ab hierl'm per.lxxiiij.miliaria vel circa. Cum ergo mater

et ioſeph per diuerſas vias incedē
tes venerūt in ſero ad locū vbi die
ta cōplebatur et vbi hoſpitari de-
berent. Uidens dn̄a Joſeph ſine
puero quem cū ipſo redire crede-
bat: querit ab eo vbi eſt puer. Et il
le. Neſcio: q2 non redijt mecū: ſed
tecū eū redire credebā. Tunc illa
dolore vehemēti concuſſa cum la-
chrymis dixit. Non redijt mecū:
video ꝙ non bene cuſtodiui filiū
meū. Et volēs ire per domos quā
tum decenter potuit illo ſero cir-
cuibat querēs de illo ꝛ dicēs. Ui-
diſti ne filiū meū? Et vix pre dolo-
re ꝛ ardore deſiderij ſe cōtinebat.
Joſeph aūt ſequebat̄ eā cū fletu.
Quo nō inuēto qualem quietem
habere poterāt tu ipſe cogita: ꝛ ma
xime mater que acrius diligebat.
Et licet a notis confortaretur/ ta-
men non poterat conſolari. Quid
eñ erat perdere ieſum? Conſpice
bene eā et vehemēter cōpatere ei:
quia ī amaritudine ꝛ anguſtia eſt
aīa ei⁹ in hac hora. Non ergo tur-
bemur quādo tribulationes habe
mus: q2 etiam matri non pepercit.
Dn̄s eñ eas ad ſuos venire per-
mittit: et ſignum eſt dilectiōis no-
bis: q2 expedit eas habere. Tan-
dem dn̄a in camera ſe recludēs in
orationem ꝛ planctum ſe cōuertit
dicēs. O de⁹ pater eterne clemen
tie: vobis placuit michi dare filiū
veſtrū: ſ3 ecce perdidi eū et neſcio
vbi ſit: reddite mihi illū. O pater
tollite mihi hanc amaritudinem:
et docete me filiū meū. Reſpicite
pater afflictiōem cordis mei: non
ad negligentiam meā: incaute eñ
me habui: ſed ꝛ negligēter feci: ſed
ꝓpter benignitatē veſtrā reddite
eū mihi: q2 ſine ipſo viuere non poſ
ſum. O fili dulciſſime vbi es? quid
eſt de te? apud quem nūc hoſpita-
ris? Nūqd ad patrem tuū rediſti
in celū? Scio eñ ꝙ homo ver⁹ es
ex me nat⁹: et a f̄as ab herode que-
ſitum in egyptum te portaui. Pa
ter tuus ab om̄i malo te cuſtodiat
fili mi. Indica mihi vbi ſis fili mi/
et veniam ad te: vel tu redi ad me.
parce mihi hac vice: q2 nunꝗ am-
plius cōtinget mihi vt te cuſtodiā
negligēter. Nūquid aliquā offen-
ſam feci tibi fili mi? Propt̄ quā er
go cauſam receſſiſti a me? O fili
mi ne tardes venire ad me. Nūꝗ
ex quo natus es ſine te fui / come-
di vel dormiui niſi nūc ſolūmodo.
Sine te aūt ſum: et neſcio quali-
ter hoc factum ſit. Et ſcis q2 tu es
ſpes mea / vita mea et omne bonū
meū: et ſine te non poſſum eſſe. In
dica mihi ergo vbi nunc es: et q̄uo
valeam te inuenire. Talibus et ſi-
milibus dictis mater per ſe totam
noctem anguſtiabat ſup dilecto fi
lio ſuo. Mane ṽo ſequēti domum
exeūtes querebāt eū per circūſtā-
tia loca. Nam per plures vias pa-
tebat reditus: ſicut q̄ de ſenis vel-
let ire piſas / ire poſſet per podium
boniti / per collem aliaqꝫ loca. Ma
ne igitur ſequēti circūeūdo ibant
per alias vias querētes eum inter
cognatos et notos. Quo tūc etiā
non inuēto mater quaſi ſine ſpe an
xiabat̄: nec poterat conſolari. Ter
tio die redeūtes in hierl'm inuene
runt eū in tēplo ſedētem in medio
doctoꝝ. Tūc ipa quaſi reuiuiſcēs
et hilarata genuflexit ꝛ cū lachry-
mis gratias egit. Puer aūt vidēs
matrem venit ad eā: que ipſa inter
brachia ſuſcipiēs / ſtringēſqꝫ ꝛ de-
oſculās dulciter ponit vultum ad
vultū: et eū in gremio ſuo aliquan
tulum repoſuit: et ſic cū eo requie
uit. Neqꝫ eñ tūc loqui pre teneri-
tudie potuiſſet. Poſtea reſpiciēs
eū dixit ei. Fili: quid feciſti nobis
ſic? Ego et pater tu⁹ dolētes que-
rebam⁹ te. Et ille dixit. Quid eſt
ꝙ me querebatis: neſciebat̄ q2 in
his que pr̄is mei ſunt / oportet me
eſſe? Et illi non intellexerunt. Di-

xit ergo illi mater. Volo ꝙ redea-
mus in domū noſtrā. Nōne vis ve
nire nobiſcū. At ille reſpōdit. Ego
faciam qđ placuerit vobis. Et re-
dijt cū eis nazareth. Vidiſti ergo
afflictionem matris in dicto nego
cio. Sed quid fecit ille puer ī illo
triduo. Conſpice eū ⁊ attēde quō
ſe recūbit ad hoſpitale pauperum
cum verecūdia ſe petit hoſpitari.
Tunc ibidem comedit puer ieſus
cū pauperibꝰ. Conſpice etiā eū ſe-
dentem inter doctores vultu pla-
cido ſapienti ⁊ reuerenti: et audie
bat ⁊ interrogabat eos quaſi igno
rans: qđ ex humilitate faciebat vt
ne ipi verecūdarēt ſup mirabilibꝰ
rñſis eiꝰ. Potes aūt in pdictꝭ tria
ꝯſiderare valde notabilia. Primū
eſt ꝙ q̄ vult deo adherere non de-
bet inter conſanguineos conuerſa
ri ſed ab eis recedere. Nōne puer
Jeſus dimiſit dulciſſimā matrem
cum patris operibus intēdere vo-
luit? Et poſtea queſitus inter co-
gnatos ⁊ notos non fuit inuētus.
Scđm ꝙ qui ſpiritu viuit non mi-
retur ſi aliqñ mēte arida remanen
te videtur ſicut derelictum ſe eſſe
a deo: cū hoc etiā matri xp̄i cōtige
rit. Non ergo mēte tabeſcat: ſed di
ligēter eum querat per cōtinuum
exercitium ſpūs in ſacris medita-
tionibus / in bonis operibꝰ perſiſtē
do ⁊ reinueniet eū. Tertium eſt ꝙ
non debet eſſe quis proprij ſenſus
aut ꝓprie volūtatis. Nam cū dñs
ieſus dixiſſet ꝙ oportebat eum pa
tris operibꝰ intēdere mutauit con
ſilium ſequēdo volūtatem matris
et receſſit cū ea et cū nutricio ſuo
ioſeph: et erat ſubditꝰ eis. In quo
mirari potes eiꝰ humilitatē. Hec
ſunt de textu Anſelmi. Et hic eñ
(id eſt a duodecimo anno vſq̄ ad
triceſimum annum ſaluatoris mi-
ror ꝙ ſic trāſilijt calamꝰ ſcriptorꝝ.
Hinc aūt forſitan ſuggerit aīo le-
ctoris: ne ſe nimis publicent acta
minorum. Et Bern̄. ſup hoc v̄bo
Cū eſſet ieſus annorū. xij. Ubi in-
quit / eras bone Jeſu per illud tri-
duum: quis tibi cibū miniſtrauit
aut potum? Certe vt per oīa te no
ſtre conformares paupertati: et vt
oēs miſerias et calamitates ſuſci-
peres quaſi vnꝰ de turba pauperū
ſtipendia per oſtia mendicabas?
Quis dabit mihi illarū buccellarū
mendicatarum participem fieri:
vel ſaltem illius edulij diuinis re-
liquijs ſaginari.

## ¶ De meditatiōe quid fecit xp̄s a duodecīo anno vſq̄ ad triceſimū vel pricipiū. xxx. āni. C. xv.

VErſus dñs Jeſus a tē
plo ⁊ hierl'm: cū parēti
bus ſuis erat in ciuita
te nazareth ſubditꝰ il-
lis: et habitauit ibidē.
Ac inde vſq̄ ad principium triceſi
mi anni non reperitur ī ſcripturis
ꝙ in iſto toto tēpore fecerit aliqđ
qđ videtur valde mirabile. Quid
ergo meditaberis eū feciſſe? Ste-
tit ne dñs ieſus ocioſus tanto tem
pore vt nil fecerit dignum recita-
tione ⁊ ſcriptura? Si feciſſet: cur
non fuiſſet ſcriptum vt alia facta
ſua? oīno videtur ſtupor. Sed at-
tende hoc bene: quia patēter vide-
bis ꝙ nil faciēdo fecit magnifica.
Nilq̄ de eiꝰ factis a myſterio va-
cat: ſed ſicut virtuoſe loquebatur
⁊ operabatur ſic virtuoſe tacebat
et requieſcebat et ſe ſubtrahebat.
Magiſter igitur ſummus aliquā-
do docturus virtutes ⁊ viam vite
cepit a iuuētute opera facere vir-
tuoſa: ſꝫ modo mirabili ac magni-
fico retroactiſq̄ tēporibus inau-
dito: ſed reddendo ſe aſpectui ho-
minum inutilem ⁊ abiectum ac in-
ſipientem: vt deuote et ſine teme-
raria aſſertione cogitari poteſt.

Et cū hac modificatione oīa tibi affirmo: que ꝑ auctoritates sacre scripture aut sctōꝝ doctoꝝ nō probātur vt ī pricipio tibi dixi. Subtrahebat ḡ se a cōsortio ꝛ cōuersatiōe hoīm: ibat ad synagogā.i.ad eccl'iam: stabat ibi multū ī oratione in loco viliori se ponēs: redibat domū: stabat cum matre: et aliqñ suū nutriciū iuuabat per trāsitū: eūdo vel redeūdo inter hoīes ac si non inueniret hoīes. Mirabantur cūcti cernētes iuuenē tam speciosum nil facere qđ apparet laude dignū. Expectabant eñ ꝙ magnifica faceret et ꝓbi viri opera. Cū eñ puer erat ꝓficiebat etate et sapiētia corā deo ꝛ hoīb⁹. Sed ecce crescēs ꝛ veniēs ad annū.xxv.ꝛ vltra nulla opera faciebat pretēdentia aliquā speciē ꝓbitatis ꝛ virilitatis. Stupebāt vehemēter ꝛ deridebāt eū dicētes. Iste est quidā inutilis. Iste est idiota ꝛ homo de nihilo: stultus ꝛ insipiēs: nec litteras didicit ꝛ inter gētes in ꝓuerbiū venit: ꝙ erat grādis ꝛ captiu⁹. Et hūc viuēdi modum sic cōiter tenebat ꝛ cōtinuabat ꝙ apud oēs cōiter erat vilis ꝛ abiect⁹ reputabat᷑. Qđ bene ꝑ prophetā fuerat ante
Ps.xxj. dictū in persona ei⁹. Ego aūt sum vermis ꝛ nō homo: opprobriū hoīm et abiectio plebis.ꝛc̄. Vides igit᷑ qđ faciebat nil faciēdo: reddebat se oīb⁹ vilem et abiectū vt predixi. Sed an hoc paꝝ videt᷑: tpe quidē non indigebat: sed ego certe ī oīb⁹ operib⁹ nostris nullū maius reputo nec difficili⁹ cognosco. Ad altissimū eñ gradū mihi peruenisse videtur ac difficillimū: qui ad hoc peruenit corde ꝛ aīo: vere nō ficte: ita se vincit ꝛ dñatur aīo suo ꝛ supbo supercilio carnis sue ꝙ nolit reputari sꝫ semp sperni vt abiect⁹ et vilis. Maius est hoc ꝙ̄ vincere vrbes:
Prouē. xvj. iuxta sentētiam Salomonis dicētis. Melior est patiens viro forti:

et qui dñatur aīo suo expugnatore est vrbiū. Quousqꝫ igit᷑ puenias ad hūc gradū/ nil tibi videaris fecisse. Nam cū in veritate oēs sum⁹ Lu.xvij.
inutiles: etiā cū bñfecerim⁹ iuxta verbū dñi: quousqꝫ ī hūc abiectionis gradū peruenim⁹ nōdum ī veritate sum⁹: sed in vanitate cōsistimus ꝛ ambulam⁹. Qđ etiā ap'l's manifeste ondit dicēs. Qui se exi Gal.vj.
stimat aliqđ esse cū nihil sit: ipse se seducit. Si igit᷑ queras quare sic fecit dñs iesus: respōdeo tibi ꝙ nō indigebat/ sed vt nos instrueret. Unde si non esse aliquā diximus: inexcusabiles sumus. Abhoīabile prorsus est si erigit vermicul⁹ et vermium esca futur⁹: vbi sic se humiliās abiecit maiestatis. Si aūt alicui absurdū videatur ꝙ sic inutiliter vixit: aut ꝙ euangeliste multa omiserūt: ꝛ silēa dicat. Rñderi pōt ꝙ nō erat inutile tāte vtutis exercitium prebere ꝛ facere: imo erat vtilissimū et oīm virtutum rectum et stabile fundamētum. Hoc etiā ex verbis ipsi⁹ dñi in euāgelio Jo-
hānis haber᷑. Cū venerit paracli- Joh.xv.
tus quem ego mittā vobis a patre spiritū veritatis q̄ a patre ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me/ et vos testimoniū phibebitis: quia ab initio scꝫ predicationis mecum estis. Et Petrus in lectione beati
Mathie dixit. Oportet ex his vi- Act.j.
ris qui nobiscū conuersati sunt in omni tempore quo intrauit inter nos dñs iesus incipiens a baptismate Johānis. Tūc aūt erat Iesus quasi annoꝝ triginta. Sed nec ipse Johānes precursor ei⁹ fuisset si dñs Jesus eo prius predicasset. Item si prius incepisset quomodo notus nō fuit in tot annis a vicinis qui dicebāt. Nōne hic est filius fabri? cum postea paruo tempore filius vocaretur dauid/ etiā a cecis? Si ergo citius incepisset aut aliqua notabilia fecisset: scri-

pta eſſent aut ſaltē aliqua ex eis: nec toto ſic om̄s euāgeliſte tacuiſſent. Hoc autē qđ dico videt̄ beatus Bernar. ſentire vt infra dicet̄. Quocūq3 aūt modo ſe habeat veritas: ego ſic meditari piū ꝛ valde vtile puto. Fabricabat autē dn̄s ieſus ſic faciēdo gladiū humilitatis vt ſibi fuerat dictū per prophetam. Accingere gladio tuo ſup femur tuū potentiſſime. Nullo ꝙ̄ppe decenti⁹ ꝙ̄ gladio humilitatis deceat ſuperbū aduerſariū iugulari. Nam gladio ſue potentie vel magnitudis non legi ꝙ fuerit vſus ſed potius cōtrariū. Pro illo enī tēpore quo commaxime īdiguiſſet: ſcilꝫ tēpore paſſionis: idē ꝓpheta cōqueſtus eſt ad deū pr̄em pro filio ſuo dicēs. Auertiſti adiutoriū gladij eius: ꝛ non es auxiliat⁹ ei in bello. Prius cepit facere ꝙ̄ docere. Dicturus enī erat. Diſcite a me quia mitis ſum ꝛ humilis corde. Hoc ergo p̄mo facere voluit ꝛ nō ficte: ſed ex corde. Nō enī poterat in eū cadere ſimulatio: ſed intātū ſe fundauit in hūilitate vilitate ꝛ abiectione: ꝛ ſic ſe in cōſpectu oīm adnichilauit: ꝙ etiā poſtꝙ̄ p̄dicare cepit ꝛ loqui altiſſima ꝛ diuina et facere etiam mirabilia ꝛ magnifica opera nō reputabāt eū: ſed vilipendebāt et deridebāt eū dicentes. Quis eſt hic? Nūquid eſt hic filius fabri? et ſimilia. exinaniuit ergo ſemetipm̄ formā ſerui accipiens: nō cuiuſcꝫ ſerui: ſed inutilis ꝑ abiectam cōuerſionē. Conſidera omnes actus tam preteritos ꝙ̄ futuros: et ſp īuenies ꝙ ī eis relucet humilitas. ſemper enim eā ſeruauit vſq3 ad mortē: et etiā poſt mortem: ſicut patet: qꝛ in fine diſcipulorū pedes lauit: et crucis patibulum ſuſtinuit. Poſt reſurrectionē glorioſus vocat diſcipłos ſuos fratres. Unde dixit magdalene. Uade: dic fratribus meis aſcendo ad

Pſalm. xliiij.

Pſalm. lxxviij

Mat. xj

Phil. ij

Joh. xx

patrem ꝛc̄. Et paulo poſt. Saule ſaule quid me perſequeris? Et in die iudicij dicit. ꝙ̄diu feciſtis vni ex fratrib⁹ meis minimis: mihi feciſtis. Non ſine cauſa hāc virtutē tantū amauit. ſciebat enī ꝙ ſicut initiū oīs peccati eſt ſuperbia: ſic humilitas eſt fūdamētū oīs boni. Sine hoc fundamento fruſtra fit edificiū. Unde nec de ꝟginitate: nec de paupertate: nec de aliq̄ virtute vel opere ſine humilitate confidas. Qualiter autē poſſit acquiri oſtendit hic dn̄s: qꝛ per ſui vilicationē in ſuis oculis ꝛ aliorū: ꝛ per exercitiū humiliū operū. Sic enī dicit beat⁹ Bernar. Qui vult habere humilitatē: oportet ꝙ precedat humiliatio. ſicut patiētia p̄cedit pacem: ꝛ lectio ſcientiā. Cū ergo te hūiliare videris habeas hoc ſignū in bonū: qꝛ augmētū eſt gr̄e propinquātis. At parū eſt cū per ſeipm̄ non humiliat de⁹ ſi tunc libenter accipim⁹: ſi non quādo per aliū hoc facit ſiliter ſapiam⁹. Sed redeam⁹ ad intuendū vitā et act⁹ dn̄i ieſu ſpeculi noſtri: ſicut eſt p̄incipale ꝓpoſitum noſtrū. Conſidera igitur illā familiā ſuper omnes bn̄dictā: paruā ſed valde excellentem arte lignamina: dn̄a vero collo et acu ac opere textrino laborabat ꝛ faciebat alia dom⁹ obſequia ꝗ multa ſunt. Parabat victū ſpōſo et filio: ꝛ hmōi expedientia: non enim habebat ſeruientē. Cōpatere igitur ſibi quē ſic ꝓprijs manib⁹ laborare oportet ꝛ operari. Cōpatere etiā dn̄o ieſu: qꝛ ipſe eā iuuabat fideliter: et laborabat in ijs ꝗ poterat. Uenit enī vt dicit miniſtrare et non miniſtrari. Nōne ergo in menſa ponenda in cubilibus aptandis ꝛ alijs ſecretioribus domus ſeruitijs eā iuuabat. Intuere igitur bene eum obſequia humilia facientem: et etiam dn̄am et adiuua eos familiariter. Conſpi

Act. ix.

Matth. xxv.

Eccli. x

ce quomodo ipſi tres ad vnā menſulam ſunt comedentes ſimul non lautas aut exquiſitas cenas: ſȝ ſobrias ſumētes. Et poſtea qualiter colloquūtur adinuicē non vania et ocioſa verba: ſed ſpiritu ſancto ⁊ ſapientia plena: nec minus reficiūtur mente ꝙ corpore. Et quomodo poſt aliquam recreationem ad orationem ſe cōuertunt in cubilibus ſuis. Non enim erat eis dom⁹ ampla: ſed parca. Meditare ergo ꝙ habebant tria cubilia in aliqua camerula ſcilȝ vnū quilibet eorum Et intuere dominū ieſum ſup vnū in oratione in ſero ſe componentē per ſingulas noctes longiſſimi tēporis ſpacio ſic humiliter: ſic vniuerſaliter: ſicut vnus ali⁹ pauperculus de populo: ſic etiam perſeueranter ꝗlibet ſero reſpicias eum in hoc ſtrato. O deus abſcondite quare ſic affligebas corpus tuum innocentiſſimū. vnius quippe noctis peregrinatio debebat ſufficere ad totius mundi redēptionem. Amor ad hoc te impulit immēſus vehementer dolebas pro oue perdita tuis humeris ad celeſtia reportanda. Te rex regū et de⁹ eternus qui omniū penuriā releuas ⁊ omnia omnib⁹ miniſtras: ꝑut exigit vniuſcuiuſqȝ conditio: tibi tantam paupertatē/ humilitatē/ aſperitatem/ afflictionem ⁊ laborē: vigilando/ dormiendo/ abſtinendo/ comedendo: et alijs tuis omnimodis actibus per tam longa temporis ſpacia reſeruaſti. Ubi ſunt ergo querentes ocioſa temporis: curioſe ornata et vana. Non didiſcimus in ſcholis hui⁹ magiſtri ꝙ fallere nō vult nec falli poteſt. Et

Matth. vi. habentes victū et veſtitum ꝑm apoſtolum in his contenti ſimus: ad congruentem neceſſitatem nō ad ſuperabundātiam alijs virtutum exercitijs ſtudioſe inſiſtentes.

## De itinere domini ieſu ad baptiſmū. Matth. iij. Mar. j. Johannis. j. Luce. iij. Capitu. xvj.

Completis itaqȝ viginti nouem annis etatis ſue quibus (vt dictū eſt) ſic abiecte vixerat domin⁹ ieſ⁹ dixit matri ſue. Temp⁹ eſt vt vadā ⁊ glorificem et magnificē patrem meū: et oſtēdā me iſti mundo: et operer animarum ſalutem: pro qua pater miſit me huc. Cōforteris igit̄ mater cariſſima q2 cito redeam ad te. Et genuflectēs hūilitat' magiſter petijt benedictionē. Ipſa ſilr̄ genuflectens: ⁊ cū lachrymis eū amplectens tenerrime dixit. Fili mi benedicte vade cum bñdictione patris tui ⁊ mea. Eſto memor mei: citoqȝ redire memento. Sic igit̄ reuerenter ſe licentians ab ea ⁊ nutritio ſuo ioſeph: arripuit iter a nazareth ꝟſus hieruſalē ad iordanē vbi erat iohannes baptizans: ꝗ locus diſtat a hieruſalē. lxxiiij. miliaribus. Uadit aūt ſolus dñs mundi. Non enim habebat diſcipulos. Intuere ergo eū pro deo diligēter quomodo vadit ſolus pedibus nudis per tanta itinera: ⁊ vehemēter cōpatere eidē. Quid eſt enim hoc cogitare? O dñe quo vadit? Nōne vos eſtis ſup oīs reges terre? Ubi ergo ſunt barones ⁊ comites duces et milites / equi et cameli / elephantes ⁊ currus: ⁊ frequētia comitū. Ubi eſt tubarū clangor et inſtrumentorū ſonitus ⁊ vexilla regalia? Ubi ſunt ꝗ precedant ad hoſpicia neceſſaria preparanda? Nonne dicit̄. Pleni ſunt celi ⁊ terra maieſtatis glorie tue. Quomodo ergo ſic eſtis ingloriꝰ? Nonne vos eſtis cui milia miliū miniſtrabant in regno veſtro? Cur ergo ſic

ſolus inceditis ⁊ pedibus nudis?
Sed modo comperi cauſam: quia
non eſt regnū veſtrum in hoc mun
Phil.ij. do. Ideo exinaniuiſtis voſmetip
ſum formam ſerui accipiēs: nō re
gis. factus eſtis ſicut vnus ex no
bis peregrinꝰ ⁊ aduena: ſicut om
nes patres noſtri factꝰ eſtis ſeruꝰ
vt nos efficiamur reges. Veniſtis
inter nos ad regnū perhēne viam
ponendo ante oculos noſtros: vt
eos valeamus aſcendere. Sȝ q̄re
ipſam negligimꝰ: q̄re nō ſequimur
Certe q2 regnū nr̄m ē d̄ hoc mūdo
Non cōſideramꝰ nos eſſe pegrios
ſed vana proveris caduca pro cer
tis tp̄alia p̄ eternis acceptamꝰ et
amplectimur. Sȝ ſi iſta nō ſeque
remur: nō retardaremur currere
poſt vos in odorem vnguētorū ve
ſtrorum. Eſſemus eni ſine ſarcina
et iſta trāſitoria quaſi iam tranſa
cta reputaremus: ⁊ leuiter ſperne
remus. Vadit ḡ dn̄s ieſus ſic hu
militer cōtinuatis diebꝰ quouſq
perueniat ad iordanē: elemoſinā pe
tendo per viam amore pauperta
tis. Nō enim portabat pecuniam
Perueniēs igit̄ ad iordanē inue
nit iohannē baptiſtā baptizantem
peccatores ⁊ magnā turbā q̄ illic
occurrerat ad predicationē eius.
habebant enim eū quaſi xp̄m. Di
xit ḡ ei dn̄s ieſus. Rogo te vt me
cum iſtis baptizes. Iohānes aūt
intuēs in eū ⁊ in ſpiritu ↄcupiſcēs
Matth.iij. dixit. Ego a te debeo baptizari.
Cui dn̄s. Sine modo ſic decet nos
implere omnē iuſtitiam. Non di
cas hoc modo: ne me diuulges q2
nondū venit tempꝰ meum: ſed ba
ptiſa me: quia nunc eſt tempꝰ hu
militatis ⁊ non maieſtatis. Ideo
implere volo omnē humilitatem
que tres habet gradus ſc̄m gloſam
ſuper iſto loco. Primꝰ eſt ſubdere
ſe maiori: ⁊ non preferre ſe equali.
Scd̄s eſt ſubdere ſe equali: et non
preferre ſe minori. Tertius ⁊ ſum
mus eſt ſubdere ſe minori. Et hūc
tertium gradum tenuit hic xp̄us.
Ideo omnē humilitatē impleuit.
Vides quomodo augmentata eſt
humilitas eiꝰ a p̄cedēti tractatu.
Subijcit eni ſe hic ſeruo ſuo: ⁊ ſic
ſe viliſicat: et ſeruum ſuū iuſtificat
et magnificat. Sed in alio ↄſidera
quomō augmētata eſt eius humi
litas. Nam vſq modo cōuerſatus
eſt humiliter quaſi humilis et ab
iectus. Hic etiam et peccator vo
luit apparere. Peccatoribꝰ enim
predicabat iohannes penitētiam
et eos baptizabat et dn̄s ieſus in
ter eos ⁊ cū eis voluit baptizari.
Et licet idē dici poſſit de circūciſio
ne: q2 ibi voluit apparere peccator
hic tn̄ eſt plus: quia coram turbis
hic publice: ibi vero occulte. Sed
nōne hic timēdum fuerat qn̄ vel
let ire: ⁊ intēdere ad predicādum
ne ſperneretur vt peccator. Sed
non p̄ptērea dimiſit humilitatis
magr quin ſe p̄funde humiliaret.
Voluit ergo apparere qd̄ nō erat
in abiectione ⁊ deſpectu ſui: p̄pt̄
nos inſtruendos. Econtra nos vo
lumꝰ apparere qd̄ non ſumꝰ: in lau
dem et gl'iam noſtram. Si qd̄ eni
in nobis p̄bitatis eſſe videt̄ oſten
dimus: defectuſq noſtros valea
mus cū ſumus peccatores ⁊ mali.
Alia ergo eſt hūilitatis materia.
Sed iā ad baptiſmū dn̄i redeamꝰ.
Poſtq̄ ergo vidit iohānes dn̄i vo
luntatem obediuit et baptizauit
eū. Nunc ḡ intuere ip̄m bn̄. Spo
liat enim ſe dn̄s maieſtatis: ſicut
quilibet aliꝰ homūculus: et mer
gitur in aquis frigidis tempore
magni frigoris. Pro noſtro amo
re operat̄ nr̄am ſalutem: ↄſtituens
ſacramentū baptiſmi: ⁊ lauās nr̄a
crīa. Deſpōſat ſibi vniuerſalē ec
cleſiā: ⁊ ſinglr̄arit oēs aīas fideles
in fide eni baptiſmi aīe deſpōſant̄
dn̄o. p̄pheta in pſona ip̄iꝰ dicēte.
Deſpōſabo te mihi in fide. Et ec Oſee.ij.

clesia cantat. Hodie celesti sponso iuncta est ecclesia: qm̄ in iordane lauit xp̄s eius crimina ⁊c̄. Undē in hoc opere mirabiliter tota trinitas se manifestat: qꝛ spiritus san- Matth. iij. ctus descēdit ⁊ requieuit ī specie colūbe: et patris vox intonuit. hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene complacui.

# De ieiunio et tentationibus dn̄i iesu: ⁊ reditu ei⁹ ad matrem. Matth. iiij. Mar. j. Joh. j. Luc. iiij. Capitulū. xvij.

Postq̄ dn̄s iesus fuit baptizatus: stati fuit ductus in desertū sup quendā montē ibi prope: ad q̄ttuor miliaria vel circa q̄ vocat̄ q̄rentena: et ieiunauit quadraginta dieb⁹ et q̄draginta noctibus. Et iuxta Marcū ibi cum bestijs erat. Considera ergo ipsum et diligēter conspice: plurium enim virtutū exēpla tibi demonstrat. Uadit enī in solitudine ieiunat/ orat/ vigilat/ iacet/ ⁊ dormit in plana terra ⁊ humiliter cū bestijs cōuersat̄. Cōpatere igitur et semper et vbiq: sed hic maxime quia vita sua tenera est ⁊ corporis afflictiua: ac ei⁹ exemplo disce ab eo in his exercitari. Nam q̄ttuor hic tanguntur q̄ spiritualis exercitij sunt: et mirabiliter se inuicē iuuant. Solitudo/ ieiuniū/ oratio et afflictio corporis. Sic et tu exemplo domini vade in solitudinem: id est q̄ntum potes separa te ab aliorum cōsortio: et sis solitari⁹ fugendo locutiones seculariū. Non queras nouas deuotiones/ nō impleas oculos ⁊ aures abiectis: nec alios sensus. Hac enim causa sancti patres petebant nemora: et loca remotissima ab omniū hominū conuersatiōe. ⁊ precipiebāt discipulis suis q̄ essent surdi et muti. Unde Psalm̄. Obliuiscere popu- ps. xliiij. lum tuū et domū patris tui: ⁊ concupiscet rex decorē tuum. Poteris autē solus esse etiā in multitudine si nō inania excogites: si despicias q̄d multi suscipiūt scilꝫ si iurgia vites: si dāna non sentias: si nō recorderis iniuriarū. Alioqn nec si solus es corpore solus es. Sol⁹ ergo eris in quacūq hominū frequentia. Caue tamē aliene cōuersationis esse aut curiosus explorator: aut temerari⁹ iudex. In eo q̄ conuersabat̄ cū bestijs disce inter alios humiliter conuersari: et equanimiter tolerare eos q̄ irrationabiliter se habere videntur ac bestialiter. In hac solitudine visita sepe dominū tuū: intuere eum ⁊ compatere sibi: quia iacet in terra de nocte. Quilibet christian⁹ deberet ad minus semel visitare ipm̄ in die maxime ab epyphania vsq ad quadragīta dies: quibus ipse ibi manebat. Completis igit̄ diebus q̄draginta dn̄s esurit. Tunc tentator accessit ad eū explorare volens si esset filius dei. Et tentauit eū p̄mo de gula. sic. Si fili⁹ dei Matth. iiij. es: dic vt isti lapides panes fiant: sed non potuit magistrū decipere. Taliter enī respōdit q̄ nec tentationi succūbit nec scire potuit aduersari⁹ quod volebat. Non enim negauit nec asseruit se esse filium dei. Auctoritate scripture vincit diabolū dicēs: Nō in solo pane vi- Matth. iiij. ⁊ Luce. iiij. uit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Et nota ī hoc exemplo dn̄i resistendū esse gule. Nam ab ipsa inchoandū est si volum⁹ superare. Nam qui gule succubuerit videt̄ esse imbecillis ad alia vicia deuincēda. Sic enī dicit glosa super Mattheū. Nisi gula prius refrenet̄: frustra contra alia vicia laborat̄. Postea diabolus assumpsit eū ⁊ portauit in hie-

rusalem que distabat inde per de-
cem ⁊ octo miliaria vel circa. Con
sidera hic patientiã ⁊ benignitatẽ
dñi. Permisit enĩ se portari ⁊ ten-
tari ab illa cruenta bestia: que suũ
⁊ omniũ amicoꝝ sanguinẽ sitiebat
et nunꝗ̃ erat digna ipm̃ tãgere vł
videre. Statuens aũt eum supra
pinaculũ templi: tẽtauit de vana
gloria: volens explorare qd̃ supra.
Sed similiter vt supra vincit̃ ⁊ in-
tentiõe sua frustrauit. Et tunc vt
dicit Bern̄. sup psalmũ. Qui ha-
bitat. Quia dñs nil ostẽdit diuini
tat; credit diabol⁹ hũc esse hoiez.
Ideo tentauit eũ tercio vt hoiem
Assumpsit ergo eũ ⁊ portauit ĩ mõ
tem excelsum seorsum ꝓpe dictũ
montem de quarẽtena p̄ duo mi-
liaria: ⁊ tẽtauit eum de auaricia.
Sed etiã hic homicida ille succu-
buit. Vidisti q̃ũo et quotiẽs dñs
iesus fuit tentatus. Unde Bern̄.
Qui quartã tentationẽ de domi-
no non credit: q: non legit̃ ignorat
scripturã que dicit. Tentat⁹ aũt p̄
omĩa ꝓ silr̃itudine absq̃ peccato.
Victoria itaq̃ facta venerunt an-
geli ⁊ ministrabãt ei. Hic aũt dili-
genter attẽde ⁊ aspice dñm come-
dentem solũ circũstantib⁹ angelis
et considera bene que sequunt̃ ⁊ q̃
dicũtur: q: pulchra sũt et deuota
Et quere quid angeli ministrabãt
vt comederet post tãtũ ieiunium.
De hoc enim scptura nõ loquitur
Possum⁹ aũt hoc victoriosũ pran
dium s̄m qd̃ volum⁹ ordinare. Et
si eius potentiã qui dat escã omni
carni consideremus: expedita est.
Quomõ? q: res nouas creare aut
de creatis habere poterat s̄m vo-
luntatem suã: sed nõ legitur ꝙ hac
potẽtia pro se aut pro suis discipu
lis vsus fuerit. Pro turbis aũt si
quas pauit in multitudie magna
de paucis panib⁹. De discipl'is au
tem legim⁹ ꝙ eo p̄sente spicas vel-
lebant ꝓpter famẽ ⁊ comedebant.

Similiter cũ fatigat⁹ de itinere se
debat super puteũ loquens cũ sa-
maritana: non dr̃ ꝙ creauit cibos
nouos: sed ꝙ misit ad ciuitatẽ di-
scipulos ad cibos querendũ. Nec
est v̾isimile ꝙ p̄ miraculũ sibi pro-
uiderit: q: miracl'a faciebat ad a-
lioꝝ edificationẽ et in p̄sentia plu
rium: ibi aũt non erant nisi angeli.
Quid ergo circa hoc meditabi-
mur? in monte enĩ illo nõ erat habi
tatio hoĩm: ⁊ parata cibaria porta
uerunt ei angeli sicut contigit da-
nieli. Cũ enim Abachuc ꝓpheta
parasset pulmentũ messorib⁹ suis:
portauit eũ angel⁹ dñi p̄ capillos
de iudea in babilonẽ ad danielem
vt comederet: et postea in momen
to reportauit. Meditemur ḡ hic: ⁊
hunc modũ assumam⁹ et iocũde-
mur cũ dño in hoc prandio. Sen-
tiatq̃ mater sua excellẽtissima de
hac eadem iocũditate et victoria
pieq̃ ac deuote sic meditemur.
Venerũt angeli sathana repulso in
multitudine magna ad dñm iesũ
et adorãtes eum ꝓciderũt in ter-
ram dicẽtes. Saluete domie iesu
deus noster et dñs noster. Et dñs
benigne ac hũilr̃ recepit eos: etiã
cum capitis inclinatione cogitãs
se esse hoiem minoratũ paulomin⁹
ab angelis. Dicunt ei angeli. Dñe
multũ ieiunasti: quid vultis vt
vobis portem⁹? Et ille. Ite ad ma
trem meã carissimã: et si quid ha-
bet ad man⁹ deferte: q: de nullis
cibis sic libent̃ vescor sicut de suis.
Tunc duo ex ipsis ꝑgentes in mo
mento fuerũt corã ea: ⁊ eã reuerẽ
ter salutantes faciunt ambassiatã
et modicũ pulmentũ qd̃ sibi et io-
seph parauerat et panẽ cũ tobalia et
alijs oportunis portant. Et forte
dña pisciculos aliquos si potuit p̄
curauit. Reuersi ergo parant ĩ pla
na terra mensam bñdictionẽq̃ so-
lẽniter agunt. Aspice hic bene in
singulis q̃ agit: sedet in terra: com-

poſite et curialiter ⁊ ſobrie come-
dit: circūſtant angeli miniſtrantes
dño ſuo. Aliꝰ ſeruit ei de pane: aliꝰ
de vino: alij portant piſciculos: et
alij cantant de cāticis ſyon: ⁊ iocū
dantur ⁊ diē feſtū agūt corā deo.
Sed ſi dici liceat pmixtum eſt eis
hoc feſtū ploratione pmaxia ꝓpt
quē et nos debemꝰ plorare. Con-
ſpiciūt eū reuerenter: ⁊ ꝯſiderātes
dñm et deū ſuum ac totius mūdi
creatorem q̄ dat eſcā omī carni ſic
humiliatū: et ſuſtētatione cibi cor
poralis indigentē ⁊ comedentē vt
ceteri de populo: mouent̄ ꝯpaſſio-
ne. Credo enī ꝙ ſi corde affectuo-
ſe eum ſic ſtantē conſpiceres ⁊ eū
aliqualiter diligeres: ex valida cō
paſſione clamares et diceres. O
dñe q̄ta pro me feciſtis: oīa opa
veſtra plena ſunt ſtupore. Adiuua
te me vt aliqd patiar ꝓ vobis qui
pro me tot ⁊ tanta tuliſtis. Certe
hoc ſolū deberet te in eiꝰ amorē ac
cendere. Tandē ſumpta refectiōe
dixit angelis vt portent res: et di-
cāt matri ꝙ redibit ad eam. Ipſis
aūt reuerſis dixit oībus. Redite
vos ad prīam et ad gaudia veſtra:
me enī adhuc oportet peregrinari
Rogo aūt vos vt me recōmēdetis
prī ac toti curie celeſti. Qui ꝓci-
dentes ad terrā ⁊ benedictionē pe
tentes: ea recepta redierūt ad pa-
triā: ⁊ de eius victoria ⁊ his nouis
totam curiā celeſtem repleuerunt
Dominꝰ autē ieſus volens ad ma-
trem redire cepit de mōte deſcen-
dere. Cōſpice bene quomō vadit
ſolus nudis pedibꝰ dñs omniū et
et vehementer cōpatere. Uenit au
tem ad iordanē quem iohānes vi-
dens ad ſe venientem oſtendit eum
Joh. j. digito dicens. Ecce agnus dei: ec
ce qui tollit peccat mūdi. Ipſe eſt
ſuper quē vidi ſpiritū deſcenden-
tem quādo baptizaui eum. Et in
alia die dum videret eū ambulan-
tē iuxta iordanē dixit. Ecce agnꝰ
dei: ecce qui tollit peccata mūdi.
Tunc andreas et vnꝰ ex diſcipu-
lis iohannis iuerūt poſt eum. Be-
nignus autē dominꝰ ſitiens eorū
et omniū ſalutē: et vt daret eis de
ſe fiduciam ⁊ audaciā vertit ſe ad
eos dicēs. Quid queritis? At illi
dixerūt. Rabbi: vbi habitas? Et
duxit eos ad domū vbi ſe reduce-
bat tunc in illis partibꝰ: et ſteterūt
cum eo vna die. Poſtea duxit an-
dreas fratrē ſuum petrum ad ie-
ſum: quem alacriter ſuſcepit ſciēs
quid de eo eſſet facturus. Et di-
xit ei. Tu vocaberis cephas. Et
ſic in quandā noticiā ⁊ familiari-
tatem venit cū eis. Poſtea volēs
dominꝰ ieſus redire in galileā ad
matrem: diſceſſit de partibꝰ illis ⁊
cepit reuerti. Quē etiam nunc cō
patiēdo reſpice: ⁊ vade ſemp cum
eo. nam ſolus vadit more ſolito nu
dis pedibꝰ per tam longam viam
lxxiiij. miliariorū. Compatiēdoqꝫ
conſidera quid dña faciebat illo
tēpore: quia priuata erat filio tam
dilecto. Cum veniſſet domū ma-
ter eum videns vltra q̄ȝ dici poſſet
exhilarata ſurgit ⁊ ei occurrit: et
in amplexus ſtrictiſſimos recepit.
Cui ipſe reuerēter ſe inclinauit: et
nutritio ſuo ioſeph: et cū eis more
ſolito remanſit. Nunc potes cōſi-
derare qualiter eū mater interro-
gat de oībus que iſto medio con-
tigerunt qualiter ei fuerat: ⁊ qua-
liter cōpatiebatur aſpiciēdo eum
ſic macilentum et pallidum.

## ¶ De apertione libri in ſynagoga. Luce. iiij. Capitulū. xviij.

Hucuſqꝫ per dei grām
vitam dñi ieſu ordina
te tetigimꝰ parū et q̄ſi
nil de his que cōtige-
runt aut per ipm fa-
cta ſunt omittētes. Sed nō ſic de-
inceps itēdo facere: qꝛ nimis eſſet

longum oīa que dixit et fecit in meditationem redigere. Sufficit enim ꝙ rem per eū dictam aut factam: ante mētis oculos ponam⁹ et more beate cecilie in secreto pectoris portem⁹ ita ꝙ ꝯuersem⁹ cū eo et ei familiares fiam⁹. Nam in hoc videtur haberi maior deuotio et dulcedo. Et quasi tot⁹ fructus harum meditationū in hoc consistere videt̄ vt sic vbiq̄ ⁊ semper intueamur deuote. q̄si presentes essemus in quolibet actu suo: vt quando stat cum discipulis: quando cū peccatorib⁹: quādo loquit̄ eis: q̄n predicat turbe: quādo vadit, sedet dormit/vigilat/et comedit: aut alijs ministrat: q̄n sanat egrotos vl' alia miracula facit. In his autem et similib⁹ considera oēs actus et gradus suos maxime contēplans faciem suā sic vt potes imaginari: q: super oīa predicta videt̄ mihi difficilius: sed quādo reficeret iocūdius. Illudq̄ attēte serua si forte ipse te cū benignitate respiciat. Et hoc tibi pro recursu et doctrina omniū que sequūtur vt vbicūq̄ narrauero: si aliter nō expressero singulares meditationes vel istas omisero: recurras ad hūc locum ⁊ sufficiat. Meditatiōes aūt deinceps non tractabo ꝓlixe donec ꝑuenero vsq̄ ad passionē de qua nil est obmittēdū: nec deinceps ad meditationes accedā. Postq̄ ergo domin⁹ iesus rediit a baptismo humilitatis magister conuersat⁹ est hūiliter vt ante solitus erat. Cepit autē se paulatim manifestare aliquibus p̄dicando et docendo. Nō enim per totum annū sequentem predicatiōis officiū assumpsit publice vsq̄ ad miraculū de nuptijs qd̄ fuit eodem die anno reuoluto quo baptisatus fuit. Et aliquando predicabat ⁊ discipuli baptizabāt. Non tamen a deo p̄dicationē suam per se et suos discipulos frequentabat ante iohānis incarcerationem vt postea. Ex hoc enim tribuens humilitatis exemplum stupendum: dū iohanni se longe inferiori predicationis officio. ꝓut ex superiori die pie percipi potest humiliter deferebat. Non ergo cepit cum boatu et pōpa: sed humiliter paulatim. Quadā igitur die dū esset in synagoga cū alijs in ecclesia iudeorum: surrexit legere in libro esaie. Et legit locū in quo scriptum est. Spiritus dn̄i super me Lu.iiij. propter qd̄ vnxit me euangelizare pauperib⁹ misit me: et cum plicuisset librum dixit. Hec scriptura est hodie impleta in auribus vestris. Conspice quomodo humiliter suscipiens lectoris officiū benigno ⁊ placito vultu legit: et inter eos exposuit scripturā: et quomodo se incepit humiliter manifestare cum dixit. Impleta est hodie scriptura: id est ego sum ille de quo loquitur. Et ora omniū erant intenta in eum propter efficatiā verborum: aspectumq̄ humilem et decorem Fuit enim pulcherrimus: fuit eloquentissimus de quo dictum est. Speciosus forma pre filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis. Psalm. xliiij.

## De vocatione discipulorum. de prima Joh.j. de secūda Luc.v. de tertia Matthei. iiij. Marci.j. De vocatione matthei Matthei.ix. Mar. ij.luc.v. Capitu.xix.

Cepit etiam dn̄s iesus vocare discip̄los et se solicitū reddere circa salutē n̄ram: semp tamen humilitate seruata. Et vocauit petrū et andream

tribus vicibus. Prima quando erat circa iordanē: et tunc venerūt in aliqualē eius noticiā. Scđa de naui quādo ceperūt piſces vt narrat lucas. Luce. v. Tunc eni ſecuti eum aīo redeundi ad ꝓpria. ceperunt aūt doctrinā eius audire. Tertia d̄ naui: vt narrat matthe⁹ cum dicit. Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hoīm. Tūc ei relictis rethibus ſuis ſecuti ſūt eū

Matth. iiij.

Similiter vocauit iacobū ꝛ iohānem in p̄dictis duab⁹ vicib⁹ vltimis. Et in eiſdē locis continet̄ de ipſis in quibus continetur de petro et andrea. Vocauit etiā iohannem de nuptijs/ vt dicit Hironymus. tñ in textu euangelij nō habetur. Item vocauit philippū dicens. Seq̄re me. Sit̄r ꝛ mattheū publicanū. De modo ṽo vocationis aliorum nō eſt ſcriptū. Conſidera ergo et conſpice eū in predictis vocationibus et ꝯuerſatione cum ipſis: qm̄ affectuoſe vocat eos reddens ſe eis affabilem/ modeſtū benignum/ et obſequioſum: int⁹ et extra: ducens eos ad domū m̄ris et familiariter vadens ad domos eorum. Docebat etiā eos et curā de ipſis habebat precipuam ſicut mater de vnico filio ſuo. Dicit̄ ꝙ beatus petrus referebat: ꝙ qñ in aliquo loco dormiebāt cū eo: ſurgens de nocte recooꝑiebat eos: q2 tenerrime diligebat eos: ſciens q̄d de eis eſſet facturus. Et ꝗuis eſſent homies rudis conuerſationis et humilis natiōis: tñ p̄ncipes mūdi et duces in bello ſpirituali oīm fidelium conſtituturus erat eos. Et conſidera pro deo a qualibus cepit eccleſia. Noluit domin⁹ eligere ſapientes et potentes huius ſeculi: ne ipſorum probitati aſcriberentur opera que fienda erant: ſibi hoc reſeruauit: et ſua bonitate ſapientia et potētia nos redemit.

Joh. i.

## De miraculo mutationis aque in vinum facto ad nuptias. Johānis. ij. Capitulū. xx.

Quānis dubiū ſit cui⁹ fuerint nuptie facte in chana galilee: tñ ꝙ fuerint iohānis meditari debemus: vt in ꝓlogo iohannis: hieronym⁹ affirmare videtur. In eis enim fuit dña nr̄a non vt inuitata: nō vt extranea: ſʒ quia maior/ dignior/ et primogenita erat inter ſorores ibi in domo ſororis quaſi in domo ſua extitit et tanꝗ adminiſtratrix ꝛ dña nuptiarum. Qđ ex tribus colligere poſſumus. Primo ex eo ꝙ in euangelio cōtinetur ꝙ mater ieſu erat ibi ſed de ieſu ꝛ de diſcipulis ei⁹ d̄r ꝙ fuerunt ibi vocati. Et ſic de alijs qui ibi fuerunt intelligi debet. Cū ergo ſoror eius maria ſalome vxor zebedei miſiſſet ad eā nazaret q̄ diſtat a chana ꝑ quattuor miliaria vel circa: dicens ꝙ volebat facere nuptias filio ſuo iohanni: iuit cū ea et preuenit ꝑ aliquos dies ad p̄parationē: ita ꝙ qñ alij fuerunt inuitati: ipſa iam erat ibi. Scđo poſſumus colligere ex eo ꝙ ipſa ꝑpendit defectum vini dum nō erat: nō ſicut vna ex diſcūbentibus: ſed ſic quia per manus eius res ibant et vidit ſibi deficere vinū. Si eni tūc diſcubuiſſet: nunq̄d iuxta filiū mater mulier inter homies verecūdabatur? Et ſi alibi inter mulieres: nunquid defectū vini ꝑpendiſſet magis ꝗ alij? Et ſi perpendiſſet nonne ſurrexiſſet de prādio vt iret ad filium? Inconuenientia vident̄ hec. Et veriſimile eſt ꝙ tunc nō diſcumbebat. De ipa nāꝗ dicitur ꝙ erat valde obſequioſa. Tertio colligitur ex eo ꝙ ipſa precepit miniſtris vt irent ad filiū et facerēt q̄d

mandaret. Et ſic videtur ꝙ preeſ-
ſet eis: et ꝙ nuptie gubernarentur
per eā. Ideo ſollicita fuit ne defe
ctus ibi cōtingeret. Igit̃ ſm hūc
modum conſpice dn̄m ieſum inter
alios comedētem ſicut quēuis de
populo: et ſedētem in loco humili
non inter maiores vt ex ipſo loco
colligimus. Non eīm more ſupboꝝ
volebat primos accubitus in ce-
Lu.xiiij nis. Nam docturus erat. Cum vo
catus fueris ad nuptias/ recūbe
Act.j. in nouiſſimo loco. Ipe vero prius
cepit facere q̄ docere. Cōſpice do
minam obſequioſam a latere ⁊ ſol-
licitam ad cūcta recte et ordinate
faciēda: prebēdo ⁊ oſtēdēdo mini
ſtris quid ⁊ qualiter diſcūbentibꝰ
apponenda deferāt. Cūq3 poſt fi-
nem cōuiuij redirēt ad eā miniſtri
dicētes. Non habemꝰ plus de vi-
no qđ apponamꝰ eis. Ipſa reſpon-
dit. Ego prouidebo ꝙ habebitis:
expectate parūper. Et exiēs ad fi
lium q̄ humiliter vt dixi ſedebat
in fine menſe ꝓpe oſtium camere:
dixit ei. Fili mi vinum hic deficit:
et ſoror noſtra eſt pauper: ⁊ neſcio
qualiter habere poſſimꝰ. Qui re-
ſpondit ei. Quid mihi et tibi mu-
lier? Dura reſpōſio: ſed ad naturā
fuit ſm Ber. in iſto loco ſer. ſexto
epyphanie: vbi ſic dicit. Quid ti-
bi ⁊ illi dn̄e? Nunq̄d qđ filio ⁊ ma-
tri? Quid ad illā pertinet queris:
cū ſis benedictꝰ fructꝰ ventris eiꝰ
immaculati? Nōne ipa eſt que ſal
uo pudore concepit: et ſine corru-
ptione te peperit: in cuiꝰ vtero no-
uem menſibꝰ moratus es: cuiꝰ vbe
ribus virgineis lactatus es: cum
qua duodecim annoꝝ factꝰ in hie
ruſalem aſcēdiſti ⁊ eras ſubditus
illi? Nūc ergo dn̄e quid moleſtus
es illi dicēs: quid mihi ⁊ tibi? ⁊c.
Multum quidem ꝑ oēm modū:
ſ3 manifeſte iam video ꝙ non qua-
ſi indignās aut confundere volēs
virginis ⁊ matris teneram verecū
diam dicis. Quid mihi. ⁊c. Cum
veniētibꝰ ad te iuxta preceptū eiꝰ
miniſtris: nil cunctatus facias qđ
ſuggeſſit. Ut quid ergo ſic reſpon
deras prius? Utiq3 ꝓpter nos vt
nos conuerſi ad deū iam non ſolli-
citi ſimus carnalitatibꝰ/ aut circa
parētum neceſſitates: vt neceſſitu
dines illi non impediant exercitiū
ſpūale. Quādiu enim in mūdo ſu
mus cōſtat nos debitores eſſe pa
rentibus. At poſtq̄ reliquimus
noſmetipſos multomagis ab eoꝝ
ſollicitudine liberi ſumꝰ. Unde le
gimus quēdam fratrem ī heremo
cōuerſantem: cū ad eum carnalis
frater auxilij gratia aduenißet re
ſpōdiſſe: vt audiret alteꝝ fratrem
eoꝝ cū ille vtiq3 iam obijſſet. Cūq3
alius qui venerat reſpōderet q2 il-
le obijt: heremita quoq3 ꝙ ſimilr
obijſſet reſpōdit. Optie ergo nos
docuit dn̄s ne ſolliciti ſimus ſup
ꝓpinquos carnis noſtre pluſq̄ re
ligio poſtulet: quādo ipe talia ma-
tri reſpōdit. Quid mihi ⁊ tibi mu j.Jo.ij.
lier? Sic ī alio loco cū ſuggereret
ei ꝙ mater eiꝰ et fratres foris ſta-
rent: querētes ei loqui reſpondit.
Que eſt mater mea: et q̄ ſunt fra-
tres mei. Ubi modo ſunt qui tam
carnaliter ⁊ inaniter ſuper carnali
bus propinquis ſuis ſolliciti ſunt
ac ſi adhuc viuerent et ipſi cū eis.
Hucuſq3 Ber. De hac ergo reſpō
ſione mater nō diffidēs ſed de ſua
benignitate preſumens rediit ad
miniſtros dicēs. Ite ad filiū meū
et quecūq3 dixerit vobis facite.
Qui euntes impleuerūt iuxta ver-
bum dn̄i idrias aqua. Quo facto
dixit eis. Haurite nūc ⁊ ferte Ar-
chitriclino. In hoc aūt nota duo.
Primo diſcretiōem dn̄i: quia pri-
mo miſit honorabili viro. Secūdo
q2 longius ſedebat ab eo: q2 dixit/
ferte illi: quaſi ab eo remoto. Sed
cum ille ſederet in loco honorabi-
liori/ colligere poſſumꝰ ꝙ dn̄s ne-

lens ibi ſedere/elegit locũ humilio
rem. Ergo miniſtri dederũt vinũ
illi:et alijs diuulgãtes miraculũ/
ſciẽtes quõ factũ fuerat. Et credi
derũt ĩ eũ diſcipuli ei⁹. Finito cõ
uiuio dñs vocauit Johãnem ſeoꝛ
ſuꝫ:dicẽs. Dimitte hãc vxoꝛẽ tuã
et ſeq̃re me:q꞉ ad altioꝛa te perdu=
cam. Qui ſecut⁹ eſt. In hoc ergo
ꝙ interfuit nuptijs dñs/dedit in=
telligi ꝙ lõge digni⁹ eſt ſpũale ma=
trimonium q̃ꝫ carnale. Receſſit er
go idem dñs ieſus volẽs ad ſalutẽ
hoĩm deinceps publice ⁊ palã in=
tẽdere. Prius aũt voluit reduce=
re matrẽ ad domũ ſuã. Talem eñ
dñam talẽ ſocietatẽ decebat habe
re. Accepit g̃ eã et iohãnẽ et alios
diſcipulos/et iuerũt ĩ capharnaũ
prope naʒareth:et poſt aliq̃s dies
naʒareth. Conſpice g̃ quõ vadunt
per viã mater ⁊ fili⁹. Hũiliter ⁊ pe
deſter vadũt/ſed multũ amanter.
O quales duo ſunt illi:nũq̃ꝫ tales
in terra viſi ſunt. Conſpice etiã di
ſcipulos reuerẽter ſequẽtes ⁊ au=
ſcultãtes ꝟba dñi. Non enim erat
ocioſus:ſed ſemꝑ aliq̃d boni dice=
bat ⁊ faciebat. Non poterat ĩ tali
comitatu tediũ comitãtib⁹ gñari.

## De ſermone dñi ĩ mõte. Mat.v. Lu.vj. Ca.xxj.

Conuocatis dñs ieſus
diſcipłis ſuis ſeoꝛſum
a turb꞉ aſcẽdit cũ eis
in mõtem thaboꝛ ꝓpe
naʒareth ad duo mi=
liaria vt eos ĩbueret eloquijs ſuis.
Decebat eñ vt prius eos inſtrue=
ret: et ſpãliter eos quos ſuꝑ alios
inſtitutur⁹ erat magr̃os ⁊ duces.
Tũc g̃ de multis inſtruxit: et ille
ſermo pulcherrim⁹ fuit ⁊ copioſ⁹.
Nec mirũ quem os dñi cõpilauit.
Docuit aũt eos de beatitudinib⁹
de oꝛõne: de ieiunijs ⁊ elemoſyna:
alijſq̃ꝫ plurib⁹ ad ꝟtutes ꝑtinẽtib⁹
q̃ ipſe poteris reperire. Legas eñ
diligẽter ⁊ ſepe/et cõmẽda memo
rie q̃ ibi dicũt q꞉ ſunt ſpũaliſſima:
que nũc non ꝓſequoꝛ:q꞉ nimis eẽt
longũ:nec expoſitiones ſemꝑ videã
tur ĩ meditatiões cadere. Hoc er=
go hic tãgere ſufficiat ꝙ dñs ĩ hu
ius ſermonis initio a paupertate
incepit/dãs intelligere ꝙ pauper
tas eſt toti⁹ ſpũalis edificij funda=
mẽtum primariũ. Non eñ põt ex=
pedite ſequi paupertatẽ ſpũalem
q̃ onerat⁹ eſt tẽpoꝛalib⁹ reb⁹. Un=
de dicit Greg. Uñ pauperes.⁊c.
Cõſpice g̃ et cõſidera dñm Jeſum
humiliter ſedẽtem ĩ terrã ſuꝑ illo
mõte/⁊ diſcipulos circa eũ. Quõ
ſtat inter eos ſicut vnus ex eis: et
quõ affectuoſe/benigne/pulchꝛe/
et efficaciter loquit̃ cũ eis: ad act⁹
predictos virtutum eos inſtruẽs.
Reſpice ⁊ diſcipulos quõ reueren
ter/humiliter ac tota mentis affe=
ctiõe aſpiciũt ĩ eũ et auſcultãt illa
ꝟba mirifica eadẽ memoꝛie cõmẽ
dant ⁊ iocũditate magna fruũtur
tã in ꝟbis q̃ꝫ in aſpectu. In hac cõ
ſideratiõe iocũderis tu: et aſpiciẽ=
do ac ſi eũ videres loquẽtem: et ap
proximãdo eis foꝛte vocat⁹ fuer꞉:
tu fac moꝛãdo ibidem vt dñs tibi
dabit. Cõpleto aũt ſermone cõſpi
ce ipm̃ dñm ieſum vnacũ diſcipu=
lis ipis deſcẽdẽtem de mõte: et cũ
eis familiariter loquẽtẽ etiã eun=
do per viã. Et quõ ille ſimplicium
cetus gradatim ſequit̃ nõ curioſe
oꝛdinati ſꝫ ſicut pulli poſt gallinã:
et q̃libet vt meli⁹ audiat eidẽ ma=
gis approximat: ⁊ quõ turbe illi af
fectuoſo occurrũt aĩo: ⁊ infirmos
ſuos eidẽ ſanãdos offerũt. Ipſe ꝟo
ſanabat oẽs. Hic poteſt interponi
q̃liter dixit mr̃i ꝙ ãmodo opoꝛte=
bat eũ eẽ ſine ipſa ad pluriũ ſalutẽ
q꞉ volebat intẽdere predicatiõib⁹
et alijs que ꝑ te meditari poteris.

## De ſeruo Centurionis: et filio reguli liberatis a

dño. Mat. viij. Luc. vij. Johã. iiij. Capi. xxij.

Capharnaum erat quidam cẽturio .i. cẽtum militũ dñs: q̃ seruũ habebat infirmũ. Misit ergo fide plen⁹ ad dñm iesum vt eũ sanaret. Humiliter aũt dñs rñdit. Ego veniam ⁊ curabo. Quo cum sciuit cẽturio remisit ad eũ dicẽs. Dñe nõ sum dign⁹ vt intres sub tectũ meũ: sed tñ dic ꝟbo
Mat. viij.
et sanabit puer me⁹. Jesus aũt cõmẽdãs fidẽ ei⁹ nõ iuit vlteri⁹/ sed seruũ a langore curauit. Cũ aũt in eadẽ ciuitate esset q̃dã regulus .i. paruus rex: iuit ꝑsonaliter ad Jesum rogãs eũ vt veniret ad domũ suã et sanaret filiũ suũ infirmum. At dñs iesus ire noluit: filiũ tñ sanauit. Jn his aũt cõsidera meritũ fidei ꝓpter centurionẽ: et humilitatẽ dñi volẽtis ire ad seruũ: et refugiẽtis reguli põpam. Cõsidera ꝙ nos non debem⁹ acceptare ꝑsonas. Plus ei honorat dñs hic seruum militis q̃ filiũ regis. Sic et nos debem⁹ non ad oculũ seruire: nec ꝑm exigentiã exterioris põpe: sed ꝑm necessitatẽ vel bonitatẽ ei⁹ q̃ seruitio indiget: ita vt non ex cõplacẽtia ſ3 ex charitate seruiam⁹.

## ¶ De paralitico liberato a dño misso per tectum. Marci secundo. Capi. xxiij.

Jn ciuitate p̃dicta capharnaum cũ dñs doceret in quadã domo et essent ibi cõgregati pharisei ⁊ legis doctores ex omni castello iudee ⁊ hierusalem ⁊ galilee: venerũt q̃dã volẽtes ingredi domum cũ paralitico quẽ portabãt vt a dño sanaretur. Cũq; ꝓpter multitudinẽ non possent intrare domũ ascenderũt sup tectũ dom⁹ et inde intromiserunt eum/ et posuerũt eum ante iesum. Dñs aũt iesus vidẽs fidẽ illorꝝ: dixit. Dimittunt tibi pctã tua. Ipsi
Mar. ij.
aũt ⁊ legis doctores obseruabant eũ ex malicia ⁊ intra se dicebãt eũ blasphemasse: q2 sol⁹ de⁹ põt pctã dimittere: et ipse hoc sibi attribuebat: quẽ purꝝ hoiem esse credebãt. Ait ꝗ benign⁹ et humilis dñs scrutans corda ⁊ renes de⁹. Quid co-
Ps. vij.
gitatis mala i cordib⁹ vestris? Et addidit. Ut sciatis q2 fili⁹ hoĩs habet potestatem in terra dimittẽdi pctã. Paralitico ait. Surge ⁊ ambula. Iste aũt statim liberat⁹ surrexit: et omnes eos stupor inuasit. Hic potes cõsiderare plura bona et pulchra documẽta. Primũ: q2 ex hoc fuit victa cecitas iudeorꝝ. Nã manifeste cognoscere potuerũt dñm iesum esse deũ qui dimittebat pctã. Scdm: q2 ꝓpter pctã veniũt ĩfirmitates. Et etiã ex hac solutione pctõꝝ aliq̃n cõtigit liberatio corporꝝ: vt patet de curato apud piscinam: cui dicit a dño ne amplius peccet ne aliquid sibi deterius cõtingat. Tertium considera ꝙ magnũ sit meritũ fidei. Nam alteri⁹ fides alteri ꝓdest sicut supra ꝓxime habuisti in seruo centurionis: sic etiã habebis infra ĩ chananea in cuius fide filia fuit sanata. Hoc quotidie contingit in pueris q̃ baptizãtur: qui si ante annos discretionis moriãtur in alteri⁹ fide gratiã suscipiũt: per quã per meritum xp̃i saluãtur: quod est contra quosdam hereticos maledictos. Circa ꝟo modũ meditãdi de ipso inter eos sedente/ et benigne malignis respõdẽte ⁊ miraculũ faciente recurre ad generalem meditationem quam tibi dixi.

## ¶ De socru symonis petri liberata a febribus. Matthei. viij. Marci. j. Luce. iiij. Ca. xxiiij.

Contigit dñm Jeſum in dicta ciuitate Capharnaum diuertere in domum Symonis petri: vbi ſocrus eius magnis febrib⁹ tenebať. Humilis aũt dñs familiariter tetigit manũ eius ⁊ curauit eã: ſic vt incõtinẽti ſurgeret/eiqȝ ⁊ diſcipl'is miniſtraret. Sed q̃d miniſtrauit eis nõ eſt ſcriptum. Cogita ergo ꝙ in domo pauperis diſcipuli ſui pauper comedit: paupertatiſ amator aliqua cibaria groſſa (que cito parari poterant) ſibi appoſita. Cõſidera deniqȝ ipſum dñm iuuantem preparare maxime in domo diſcipuli: et queuis humilia: cogita aũt de tobalia ponẽda/aut de cenatis leuãdis ⁊ de ſimilibus. Talia faciebat humilitatis magiſter: q̃ miniſtrare venerat non miniſtrari: et ſe ad familiariter ſedẽdum ponebat in medio menſe et comedebat alacriter: p̃cipue tñ in prãdio relucebat paupertas quã maxime amabat.

## De dormitione dñi i nauicula. Mat. viij. Marci. iiij. Lu. viij. Ca. xxv.

Intrans dñs ieſus ĩ nauiculam cũ diſcipulis ſuis poſuit ſe ad dormiẽdum ponẽs caput ſup ceruical. Ipſe eñi multũ vigilabat de nocte ĩ orationibus: q2 de die ĩ predicationib⁹ laborabat. Cũ aũt dormiret orta tẽpeſtate diſcipuli periclitari timebãt: nec audebãt eũ excitare. Tãdem timore coacti excitauerũt eũ dicẽtes. Dñe ſalua nos: perimus. Qui ſurgẽs icrepauit eos de modica fide: et iperauit vẽtis ⁊ mari: et ceſſauit tẽpeſtas. In predictis ergo ſuis actib⁹ intuere eũ q̃liter dormit et cõpatere ei: q̃liter tenet caput: q̃liter ſurgit a ſomno dũ vocãt eũ: et ſilia. Sed ẜm gñalem regulã predictã hic tu ꝯſiderare potes ꝙ lȝ circa nos et facta noſtra dñs videať dormire: maxie cũ tribulamur: ſemꝑ tñ diligẽtiſſim⁹ cuſtos noſter eſt: ideo debem⁹ eſſe ĩ fide conſtãtes de nihilo heſitantes.

## De filio vidue ſuſcitato p ieſum et reddito matri ſue. Lu. vij. Ca. xxvj.

Cum ſemel iret verſus ciuitatẽ que vocatur Naym obuiauit multitudini hoĩm portantiũ iuuenẽ mortuũ filiũ vidue ad ſepulchrũ. Prius igitur dñs pietate mot⁹ tetigit feretrum ⁊ portãtes ſteterũt. Ipſe aũt dixit. Adoleſcens tibi dico ſurge. Et ſtatĩ ſurrexit q̃ fuerat mortu⁹: et reddidit eũ matri ſue. Oẽs aũt ſtupuerũt ⁊ laudauerũt deũ dicẽtes. Q2 ꝓpheta magn⁹ ſurrexit in nobis: ⁊ q2 de⁹ viſitauit plebẽ ſuã. In cõſideratiõib⁹ recurre vt pri⁹.

## De puella ſuſcitata: et Martha liberata. Mathei. ix. Marci. v. Luce viij. Capi. xxvij.

Ad petitiõem cuiuſdã p̃cipis ibat dñs ieſ⁹ cũ eo ad ſaluãdã filiã ſuã. Cum ꝗ turba magna iret cũ eo: quedã mulier grauiter infirma (q̃ dr̃ fuiſſe Martha ſoror marie Magdalene) erat ĩter eos q̃ dicebat intra ſe. Si tetigero tm̃ fimbriã veſtimẽti ei⁹ ſalua ero. Et timide appropinquans tetigit ⁊ liberata eſt. Dixit aũt dñs. Quis me tetigit: Vide patiẽtiã: q2 ſepe cõprimebať a turbis q̃ volebant ei appropinquare. Ipſe aũt ſciebat q̃d dicebat: et tñ dixit/tetigit me aliquis. Ego ſenſi virtutẽ de me exiſſe. Tũc martha vidẽs ꝙ non latuit eũ/reuerenter

acceſſit ad eū: et corā oībꝰ ob quā cauſam tetigit dixit ⁊ negociū publicauit. Dñs aūt libēter curauit eam: a qua ipe multā familiaritatem poſtea habuit. tūc dixit. Uade: fides tua te ſaluā fecit. In hoc ergo miraculo habes fidei cōmendationem. Habes etiā ꝙ dñs vult miracula eſſe nota propter vtilitatem cōmunem: ſed quātū erat i ſe ꝓpter humilitatem abſcondebat vt habes hic. Q̄d eñ fecerat diuina poteſtate: fidei illius attribuebat. Habes etiam hoc qd̄ eſt notabile ad humilitatis cuſtodiam: ſicut beatꝰ Bernar. introduxit hoc modo. Q̄uilibet dño perfecte ſeruiens: pōt dici fimbria pars extrema veſtimēti dñi ꝓpter ſuam humilem reputatiōem. Qui ergo ad tantum ſtatū peruenerit ꝙ ſe ſciat a dño exaudiri in liberandis infirmis: ꝓpter hoc non extollat̃ nec ſibi attribuat: q: non ipe ſed dñs facit. Q̄uāuis eñ martha tangeret fimbriam: et ad eiꝰ tactum liberari cōſideret ſic tetigit: nec tñ a fimbria ſed a dño virtus liberationis ꝓceſſit. Unde ipe dixit. Senſi virtutem de me exiſſe. Nota igit̃ hic bene: et nil in perpetuum tibi attribuas: q: totum eſt a deo. Tādem dñs ieſus iuit ad domū iſtiꝰ principis: et inuētam filiā mortuā ſuſcitauit. Nam aſcēdēs i domum duxit ſecū Petrum Jacobum et Johānem: et patrem ⁊ matrem puelle: ⁊ inuenit eos flētes: ⁊ dixit eis. Recedite: non eſt mortua puella/ ſed dormit. Et quidam deridebāt eum ſciētes q: mortua eſt. Et eiecta turba intrauit ad eam: et tetigit manum eius dicēs. Tabita id eſt puella tibi dico ſurge. que ſtatim ſurrexit: et iuſſit illi dare manducare. Et exijt fama hec per vniuerſam terram illam. Hic nota patientiam illam qūo vilipēdebatur tam alta maieſtas. et ſimilia viā.

Marci v. et Luce. viij.

## ¶ De conuerſione marie magdalene. Luce. vij. Ca. xxviij.

Curialis dñs inuitatꝰ quadam die a Symone leproſo: iuit ad prandium cum eo: quod facere ſolitus erat / tum ex ſua curialitate/ tum ex benignitate et zelo quem habebat ad ſaluandas aīas pro quibꝰ de celo deſcenderat. Comedēdo eñ cum hominibus et conuerſando cū eis ad amorē ſui eos trahebat: etiā amore paupertatis. Nam ipe pauperrimus erat: et de mūdi huius ſubſtātia nihil pro ſe ⁊ ſuis ſupererat. Humiliter ergo ⁊ cum gratiarum actione ſpeculum humilitatis Ieſus cū inuitabatur recipiebat pro loco ⁊ tēpore. Audiēs aūt magdalena ꝙ in domo ſymonis recumberet: quem forte iam predicantem ſepe audierat ⁊ ardenter amabat: tacta dolore cordis intrinſecꝰ pro peccatis: et amoris eius igne ſuccenſa: conſiderans ꝙ ſine ipſo ſalutem obtinere non poſſet: et ampliꝰ differre non valens perrexit ad locum cōuiuij. Facie aūt inclinata et oculis ante conuiuas / tranſiēs non quieuit donec peruenerit ad dilectum ſuū. Et tūc illico ad pedes eius proſtrata viſceroſo dolore pariter ⁊ rubore repleta de peccatis ſuis: procūbens vultum ſuper ipſius pedes ex quadam confidentia: q: tam intenſe eum ſuper oīa diligebat: cepit fortiter fletibꝰ et ſingultibus abūdare / ac tacite intra ſe dicere. Dñe firmiter ſcio/ credo ⁊ cōfiteor vos deum ⁊ dñm meum eſſe. In magnis aūt ⁊ multis offendi maieſtatem veſtrā: peccaui in oēm iuſticiam veſtram: et multiplicata ſunt peccata mea ſuper numerum arene maris: ſed ad veſtram miam confugio et veniā peto: emēdare peccata mea para:

ta ſum: et nūq̄ ab obedientia veſtra diſcedam. Non patiar queſo a vobis repulſam: quē ſup oīa diligo. Non ergo me repellatis a vobis/ ſed punite me vt libet: tñ miām peto. Interim tñ lachrȳme decurrētes largiter pedes dñi lauerunt et balneauerūt. Unde hic manifeſte videre potes q̄ dñs Jeſus diſcalciatus ibat. Tādē a fletu ceſſans cū perpēderet ꝛ indignum iudicaret q̄ ſue lachrȳme dñm contigiſſent/ capillis ſuis eos terſit. Ideo aūt capillis qꝛ tūc aliud precioſiꝰ nō habebat quo eos tergeret: et qꝛ etiam quibꝰ ad vanitatem vſa fuerat ad vilitatem conuertere volebat. Et ne vultum a dñi pedibus elōgaret/ amore creſcēte oſculabatur eos amāter ꝛ ſepe. Quia etiā pedes dñi ꝑpter diutinam diſcalciatiōem calidi erāt/ vngebat eos precioſo vnguēto. Conſpice igitur bene ipſam: et ſup his moroſe mediteris ob eius deuotionem: qꝛ ita ſingulariter fuit a dño dilecta: et qꝛ ſolēne fuit hoc factum. Conſpice etiā dñm ieſum q̄ benigne ſuſcipit eā / et q̄ patiēter ſuſtinet quicquid facit/ ceſſat ꝛ quieſcit a comedēdo donec negocium cōpleatur. Ceſſant ꝛ cōuiue et oēs ſuper hac nouitate mirātur. Symon aūt vehementer ipm̄ iudicabat in corde ſuo q̄ a tali femina permittebat ſe tangi: quaſi non eſſet ꝓpheta/ nec etiam cognoſceret. Dñs aūt cogitatiōibus cordis eiꝰ reſpōdit: et ſe verum ꝓphetam oſtendit: et exēplo debitoris eum conuicit. Et volens aperte demonſtrare q̄ oīa in dilectiōe conſummātur: dixit. Dimittūtur ei peccata multa: q̄m dilexit multum. Et dixit ad eā. Uade in pace. O verbum delectabile et ſuaue: q̄ libēter illō maria magdalena audiuit: q̄ ꝑfecte recepit: et perfecte ad eū cōuerſa: deinceps honeſte ꝛ ſancte vixit: ac eidem et matri eius perſeueranter adheſit. Meditare iſta diligenter: et q̄tū poteris charitate coneris imitari qꝛ hec maxime verbo ꝛ opere meruit cōmēdari. Hic expreſſe habes q̄ charitas inter deū et hoīem pacem reformat: qꝛ operit multitudinem pctōꝝ. Sm̄ Bernar. q̄litas cuiuſlibet eſtimatur de mēſura charitatis quā habet. vnde que multum charitatis habet / magna fit: que parū/ fit pua: que nihil/ nihil.
Dicente aplo. Si charitatem non i. cor. xiij
habuero/ nihil ſum. Sine hac em̄ īpoſſibile eſt placere deo: cū qua placet quicūq̄ placet. Si videas ergo te toto corde/ virtute ꝛ opere charitatem habere que facit oīa dura ꝛ aſpera/ libēter portare pro deo ꝛ proximo.

## Quomodo Johānes baptiſta diſcipulos ſuos miſit ad chriſtum. Luce. vij. Ca. xxix.

Gloriosus miles ꝛ precurſor dñi Jeſu iohānes baptiſta cū eſſet in vinculis ꝛ incarceratus ab Herode ob iuſticie defenſionem: qꝛ redarguebat eū eo q̄ tenebat vxorē fratris ſui viuētis: volens inducere diſcipulos vt ſequerētur dñm Jeſum: cogitauit ad eum ipos mittere: vt auditis ꝛ viſis oībꝰ verbis eiꝰ et factis/ exardeſcerēt in amorem eius et ſequerētur ipm̄. Fuerūt igitur
ex parte Johānis: dicētes. Tu es Lu. vij.
qui vēturus es/ an alium expectamus? Dñs aūt ieſus habebat turbam magnam coram ſe. Conſpice bene ipm̄ q̄ placide recepit nuncios Johānis ꝛ q̄ ſapiēter: primo factis: poſtea verbis/ reſpōdit eis. In eoꝝ preſentia ſurdos ſanauit/ cecos illuminauit/ ꝛ mutos: et multa alia mirabilia fecit: et predicauit populo: et ꝓpter eiꝰ abſentiam dixit inter alia. Ite ꝛ renūciate io

hāni que audiſtis ⁊ vidiſtis. Jue-
runt igitur et ea retulerūt iohāni:
qui ea libēter audiuit. Jlli em̄ di-
ſcipuli (vt pie credo) poſt mortem
iohānis xp̄o adheſerunt firmiter.
Dn̄s aūt ieſus poſt eoꝝ diſceſſum
iohānem coram populo laudauit
ſcʒ ꝙ erat pluſꝙ ꝓpheta: et ꝙ in-
ter natos mulierum maior eo non
ſurrexerat. ⁊c̄. vt de his et alijs in
euangelio habes.

## ¶ De morte beati Johā nis baptiſte. Matthei. xiiij. Marci. vj. Capi. xxx.

HIc pōt occurrere ꝯſi-
deratio de morte bea
ti Johannis baptiſte.
Cum igiꝭ herodes il-
le nequiſſim⁹ et adul-
tera illa peſſima ſimul forte dixiſ-
ſent illū occidere vt peccati ſui re-
darguto:em non haberent: conti-
git vt i die cōuiuij ſaltaret miſera
herodias: et daretur ei caput Jo-
hannis: et ſic fuit in carcere decol
latus. Uide quātus vir ꝙ viliter
et enormiter regnāte ⁊ imperante
nequitia occubuit. O deus quali
ter hoc fieri pmiſiſti? Quid eſt co
gitare ꝙ talis moriatur Johānes
qui tāte ſanctitatis ⁊ perfectionis
erat vt putaretur eſſe xp̄s. Jgitur
ſi vis hoc negociū ruminare poſt
nepharia opera eoꝝ/cogita Johā
nis magnitudinem et excellētiam
ſingularem: tūc vere poteris ſtupe
re. Audiſti quō fuit a dn̄o cōmen-
datus: audi ⁊ quō commendatur
a ſancto Bernardo. Johānes (in-
quit) vbiqꝫ maior in oībus ⁊ ſingu-
lis mirabilis ſuper oēs. Quis ſic
glorioſe annūciatus eſt? Quis ſic
ſpecialiter in matris vtero legitur
ſpū ſancto fuiſſe replet⁹? Quem
legiſti intra matris vterū exultaſ-
ſe? Cui⁹ natiuitatem vidiſti eccle-
ſiam celebrare? Quis puer ſic he
remū cōcupiuit? Quis tam ſubli
miter fuit conuerſatus? Quis pe-
nitētiam et regnum celoꝝ primus
oſtēdit? Quis regem glorie bapti
ſauit? Cui ſe primū trinitas reue-
lauit aperte? Cui tale teſtimoniū
perhibuit dn̄s? Quē ſic honorat
eccleſia? Aſſimilat em̄ eum oībus
ordinibus angeloꝝ ſanctoꝝ: immo
videtur quaſi preferre. Et Johā-
nes os aureū ſimiliter ſumme ex-
tollit eum: dicens. Johānes ſcala
virtutum. ⁊c̄. Si ergo adinuicem
comparas excellētiam ⁊ dignita-
tem Johānis: et ꝓfunditatē ſcele
rum eoꝝ qui eū occiderūt, merito
habebis materiā ſtupendi ⁊ mur-
murandi ſi fas ſit dicere) etiā con
tra deū. Nam ad hūc talem ⁊ tan-
tum mittitur ſpiculator: collū pa-
rat humiliter: genuflectit / et deo
gratias agēs ponit ſacratiſſimum
caput ſuper aliquo trūco vel lapi
de: et patiēter ictus ſuſtinet quſqꝫ
totaliter abſcindaꝭ. Ecce quō va-
dit Johānes amicus dn̄i Jeſu et
conſanguine⁹/ deiqꝫ matris⁹ ſecre
tarius. Uere nobis magna confu
ſio eſt ſi patiētiā in quibuſcūqꝫ ad
uerſitatib⁹ non habem⁹. Johānes
innocēs mortē talem ſuſtinuit pa-
tienter: et nos plerūqꝫ peccatis ag
grauati ⁊ ira dei digni non poſſu-
mus etiam paruas iniurias ⁊ gra
uamina tolerare: imo plerūqꝫ nec
verba. Dn̄s aūt Jeſus tūc erat in
partibus illis iudee: ſed non in ter
ra illa. Cum aūt mors Johānis ei
fuiſſet nunciata, fleuit pius dn̄s
pugilem ſuum et cōſobrinū: fleue-
rūt ⁊ diſcipli ei⁹ cū eo: fleuit ⁊ bea
ta virgo que ipm̄ natū de terra le-
uauit ⁊ tenere dilexit. Sʒ dn̄s cō-
ſolabatur matrē ſuā. Jpa vo dice
bat. Fili quare non defendiſti eū
ne ſic moriretur? Et dn̄s ad eam.
Reuerēda mater non expediebat
ei talis defenſio. Nam ipe ꝓ patre
meo mortu⁹ eſt et ꝓ defenſiōe ſue
iuſticie. Cito autem erit i ſua glo-

ria. Ipſe enim pater non intendit defendere ſuos tali modo in hoc mūdo: q2 non ſunt diuti⁹ in eo moꝛ taturi: nec eoꝝ patria hic eſt/ſꝫ in celis. Johānes eſt ſolut⁹ a vinculis corpoꝛis: nec eſt vis i mūdo moriēdi. Seuit hoſtis in eū quātum potuit: ſed ipe cū patre meo regnabit in eternū. Cōſoleris mater charissima: q2 Johāni ſemper erit bene. Poſtea ꝟo lapſis aliquib⁹ diebus diſceſſit dñs ieſus de partib⁹ illis ⁊ rediit in galileam. Tūc aūt predictis oībus te preſentem exhibeas: et ea mediteris deuote quocūqꝫ ierit dñs Jeſus ſequens.

## De locutione domini cū Samaritana ad puteum. Johannis .iiij. Capi. xxxiij.

Cum dñs Jeſus de iudea in galileā rediret: que eſt via viginti miliarioꝝ et ampli⁹ vt dixi tibi pluries: et trāſiret per ſamariā/fatigat⁹ eſt ex itinere. Cōſpice nūc ꝓ deo hic: qūo fatigatus eſt ⁊ ſudoꝛem emittens plane incedit. Sepe fatigatus eſt et tota vita ſua laboꝛioſa fuit. Poſuit ḡ ſe dñs ad ſedēdum ſup quēdam puteū et quieſcebat. Diſcipuli aūt iuerunt ad querēdos cibos in ciuitatem. Venit ḡ mulier quedam que vocabaꝛ lucia pꝛo aqua ad puteum. Dñs aūt Jeſus cepit loqui cum ea/et de magnis factis tractare: ⁊ ſeipm eidem manifeſtare. De quib⁹ aūt cū ea loquebatur et qualiter diſcipuli redierunt: et qualiter ad ꝟbū mulieris ciuitas venit obuiam ei: et qualiter ipe cū eis ſtetit/iuit/diſceſſit non intēdo referre. Plana eſt em̄ euangelica hiſtoꝛia: lege ipam/et ipſum dñm aſpice i actib⁹ ſupꝛadictis. Ex ipa hiſtoꝛia quedam pulchꝛa ⁊ vtilia nota ꝑpter humilitatem dñi ieſu. Primū q2 sol⁹ remanſit humilis dñs: diſcipulis aūt eūtib⁹: confidenter em̄ ſe habebāt ad eū. Tū etiā q2 cū illa muliercula ſola de magnis factis loquebaꝛ: et ſic tractabat humiliter ac de pari loquebātur adinuicem. Non em̄ dedignabaꝛ eā ſed talia cū illa dicebat: ꝙ ſi multi ſapiētiſſimi reſpōdiſſent de talib⁹ magnū fuiſſet. Non ſic faciūt ſupbi. Si em̄ ampulloſa ꝟba ſua funderent inter paucos: nedū cū vno ea perdita reputarēt: nec illos reputarēt eoꝝ ꝟba ſuſcipere. Scdo paupertatem ipſi⁹ et afflictionem corpoꝛis. Cōſidera etiā humilitatem ⁊ multa cū eis. Habes em̄ ꝙ diſcipuli iuerunt ad ciuitatem ad querēdū cibos: et queſitos poꝛtauerunt: et volebāt ꝙ māducaret. ſed ſi eos ibi māducaſſet/certe ibi ad puteū aut ad aliquē riuū ſiue fontē potaſſet. Vides ḡ hic qualiter famelicus ⁊ fatigat⁹ reficiebatur. Vñ colligere potes ꝙ humilis dñs ac paupertatꝭ amatoꝛ/cū ibat per mūdum ſepe comedebat extra ciuitates ⁊ hoīm habitationes: ad aliquē riuū vel fontē quātūcūqꝫ fatigat⁹ aut afflict⁹ foꝛet. Nec habebat coacta exquiſita cibaria: non vaſa curioſa: non delicata vina: ſed habebat aquā viuā ex ipo fonte viuo qui vineas fecūdabat et creauerat oīa que mouētur in aquis: et panē vt pauper ſedēs in terra comedebat. Tertio conſidera qūo intentus erat ſpūali ſtudio. Nam cū diſcipuli inuitarent eum vt comederet: dixit. Ego cibum habeo māducare quē vos neſcitis. Meus cibus eſt vt faciā voluntatem patris mei qui miſit me. Nec voluit manducare: ſed expectauit eos q̄ erāt in ciuitate vt eis predicaret: pꝛius operari volēs ea que ſpūs erant q̄ꝫ ea que erāt coꝛpoꝛis/quātūcūqꝫ indigeret. Conſpice igitur eū in predictis: et eius virtutes imitare.

## Quomodo domin⁹ ieſus ductus fuit ad ſupercilium mōtis vt eum precipitarēt. Luce.xiiij Capitulum.xxxij.

Cum rediſſet domin⁹ ieſ⁹ nazareth: ⁊ illi eū rogarent vt miracula faceret: ⁊ ipſe eos miraculis indignos oſtēderet illi furore accenſi expulerūt eum extra ciuitatem. Benignus ergo domin⁹ ante eos fugiebat et illi perſequebātur eum. Quid tibi videtur? In tantū furor eoꝝ exarſit: ꝙ eū vſqꝫ ad ſupercilium montis duxerunt vt eum inde precipitarent. Domin⁹ autē diuina virtute tranſiens per mediū illoꝝ ibat. Nondū eni mori elegerat. Et dicit gloſa: ꝙ qñ dñs ieſus de manibus eoꝝ lapſus de mōte deſcenderet ⁊ ſub rupe lateret: ſaxū ſubterfugit: ⁊ locū ei dedit q̄tū erat ſua capacitas: ac ſi fuiſſet de terra: et ruge veſtis eius ibi remanſerunt ac ſi ſtuppe eſſent. Cōſpice igitur eum ante ipſos fugientē ⁊ latentē ſub rupe: et cōpatere afflictionem eius: et in humilitate ac patiētia ipſum imiteris.

## Qualiter domin⁹ ieſus ſanauit quendā habentē manum aridā. Luce.vj. Marci.iij Mathei.xij. Capitu.xxxiij.

Quadā die ſabbati docebat domin⁹ ieſus in ſynagoga vbi erat quidam hñs manū aridā fecit autē ieſus ſtare in medio: et queſiuit ab illis ſapiētibus ſi liceat in die ſabbati benefacere. Ipſi vero tacuerūt. Dominus autē ieſus habēti manū aridam dixit. Extēde manū tuā: ⁊ ſanatus eſt. Pluries dieb⁹ ſabbatorum fecit miracula dñs ieſus ad eoꝝ ↄfuſionē q legē carnalr intelligebant: quā ſpūaliter obſuare nolebant. Nō eni in die ſabbati erat a bono abſtinēdū ⁊ ab opib⁹ charitatis: ſed a pctīs ⁊ ab oīb⁹ ſeruilibus. Et inde illi multū ſcādalizantur: ⁊ ↄſpirāt ↄtra eū dicētes. Nō eſt hic hō a deo q ſabbatū non cuſtodit. Sed ꝓpterea dñs nō dimittebat: immo ſtudioſius faciebat vt eos erueret ab errore. Cōſidera igitur eū in p̄dictis opationib⁹: et eius exēplo nō ceſſes a bono opere: etiā ſi alius inde ſcādalizet̄ iniuſte. A bono eni ope neceſſario ad ſalutē anime aut ꝑfectū ſpūs ↄferēte non debet quis ceſſare ꝓpē ſcādalum alteri⁹. A cōmodo ṽo corporali ſ̄m ꝑfecte charitatis exigentiam abſtinendū eſt ꝓpter ſcandalum fratris. Ad Roma.xiiij. Bonum eſt nō mādūcare carnē nec bibere vinū: neqꝫ in quo frater tuus offendit ſcādalizet̄ aut infirmet̄.

## De multiplicatione panum. Matth.xiiij. Mar.vj.⁊.viij Luce.ix. Johānis.vj. ca.xxxiiij.

De duabus vicib⁹ legitur ꝙ benign⁹ multiplicauit paucos panes: ⁊ inde multa milia hoīꝫ ſatiauit. Nos tñ in vnā redigam⁹ meditationem in q̄ ↄſiderem⁹ dicta ⁊ facta ipſi⁹. Dicit eni tunc. Miſereor ſup turbā: q: ecce iam triduo ſuſtinēt me: nec hñt ꝙ mādūcēt: ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos deficient in via. Quidā enim ex eis de longe venerāt: ⁊ poſtea panes multiplicauit: ita vt oēs comederēt abūdāt. Cōſidera ḡ i his plura bōa. Spālr quō dñs ieſus erat miſericors. curialis / et grat⁹ diſcret⁹ / ⁊ circūſpect⁹. Pri mo cōſidera quō erat miſericors: q: mia traxit eū ad ſubueniendum eis. Jō dixit miſereor ſup turbam Nā mia ei⁹ plena eſt terra. Scdo curial̄ ⁊ grat⁹ ex cā quā aſſignat: Ecce inq̄t iā triduo ſuſtinēt me.

Uide curialitatē ⁊ gratitudinem
magnā ⁊ mirabilē. Nā q̄ſi bñficio
ab eis recepto ſic loq̄r cū in ꝟtute
ꝓuerb. viij. ipſoꝝ nō eſſet ſed ſua. Sꝫ ſic eſt vt
et alibi dr. Delicie mee cū filijs ho
minū: cum ſibi nil accreſcat: nobis
aūt ꝑueniat ſal⁹. Illos ḡ q̄ eū ſe-
quūtur ⁊ p̄cepta ei⁹ ac monita cu
ſtodiūt. diligit dñs. nec enī manū
claudit qn eis plene ſubueniat cū
expediat eis. Tertio diſcret⁹ ⁊ cir
cūſpect⁹: eo ꝙ ꝯſiderabat eoꝝ indi
gentiā ⁊ impotentiā q̄liter defice-
re poterant. Uides ḡ q̄ꝫ ſapida et
q̄ꝫ melliflua fuerūt iſta ꝟba: ſicut
ſpāliter poſſum⁹ in aliq̄ ſpāli nego
cio ꝓuidere. Non ḡ habeam⁹ ela-
tionis materiā cū de manu dñi ali
quā conſolationē recipim⁹: vel ali
quē ꝓfectū ſpūalis exercitij ſenti-
mus: q: non a nobis ſed ab ipō ha-
bem⁹ et eſt. Iō ſi bñ attendis: q̄ꝫto
ꝑfectiores ſunt ſui dei: deo ꝓpin-
quiores ⁊ in donis ei⁹ excellentio-
res: tāto hūiliores eē eos videbis.
Q: nil ſibi attribuūt: niſi defect⁹
et peccata. Et q̄ꝫto q̄s ei magis ap
propinq̄t tāto magis eſt illumina-
tus. Ideo dei magnificentiā ⁊ ſuā
miſeriā clari⁹ videt: et ſic in eis nō
pōt hr̄e locū ſupbia: nec vana glo-
ria: q̄ ex ignorātie cecitate proce-
dunt. Nō enī q̄ bñ ſe et deū cogno-
ſceret ⁊ examiaret: ſupbire poſſet.
Et eſt longa via q̄ ad deū venim⁹ ⁊
et ſpāliter inuiſibilib⁹ loquor q̄ in
tam longā regionē ab eo diſgreſſi
ſum⁹ p pctā. Ad eū igit̄ rediēs q̄s
dr de longa via venire. Poſt ꝟba
ſic dicta fecit opa facta. Conſpice
igit̄ qualr̄ illos panes accipiēs et
grās prī agens: dedit diſcipulis vt
apponerēt turbe: ⁊ in manib⁹ eoꝝ
ita multiplicauit: vt oēs pro ſuo li
bito comederēt: et multa ſupeſſēt
fragmenta. Conſidera igit̄ q̄liter
aſpicit eos comedere: ⁊ in eoꝝ io-
cūditate letat̄. Cōſpice etiā illos
q̄uō de iſto miraculo admirantur
vnus ad alterū inde loquit̄ / letan-
tur: ⁊ cū grāꝝ actione manducāt
non ſolū corporis: ſed (ſaltē aliqui
ex ipſis) et mētis refectionē perci-
pientes. Sꝫ nūq̄d fuit ibi dña no-
ſtra vt de panib⁹ libēter mulierib⁹
porrigeret: ⁊ de earū recreatione
gauderet: ſcriptura de hoc nō lo-
quit̄ tu autē meditare ꝓut dñs ti
bi dederit.

## ¶ De fuga dñi ieſu quā do turba voluit eū facere regem. Iohannis. vj. Capi. xxxv.

Poſtq̄ꝫ dñs ieſus ſatia-
uit turbas (vt ſuperi⁹
continet̄) voluerūt eū
facere regē. Cōſidera-
bant enī ꝙ poſſet eoꝝ
neceſſitatib⁹ ſubuenire. Dñs autē
ieſus vidēs volūtatē eoꝝ: fugit ab
eis in montē: ita ꝙ illi non ꝑpende
runt nec eū īuenire potuerūt. No-
luit ergo temporalr̄ honorari. Et
vide q̄uō vere ⁊ nō ficte hūc fugit
honorē. Miſit enī diſciplos p ma-
re ⁊ ipſe aſcēdit in montē: vt ſi eū
inter diſciplos quererēt ipm̄ inue
nire neq̄rent. Diſcipuli autē nole-
bant ab eo ſeparari: ſed ipſe coegit
eos intrare nauiculā ⁊ trāſfretare.
Bonū erat eoꝝ deſideriū. ſ. velle
ſemꝑ cū dño ſtare: ſed ipſe aliter ꝓ
uidebat. Cōſpice ergo eos q̄uō ab
eo inuite diſcedūt: et quomō coe-
git eos oſtendens penit⁹ ſe ita vel-
le: ꝙ ſine ipſo vadant in naui. Tūc
ipſi obedierūt: q̄ꝫtūcunq; graue et
durum videret̄ eis. Sic quotidie
nobiſcū facit: vellem⁹ enī bene ꝙ
nunq̄ꝫ a nobis diſcederet: ſed ipſe
aliter ſe habet cū aīa: vadit ⁊ re-
dit pro velle ſuo: ſed pro noſtro bo-
no. Iō forte ſubtrahit ſe (ſm̄ Ber-
nar.) vt auidius reuocet̄ ⁊ fortius
teneat̄. Unde aliq̄ādo ſimlābat
ſe longius ire: nō q: hoc vellet / ſed
q: volebat audire: mane nobiſcum Luce
dñe q̄m aduefperaſcit. Eſt ire qui- xxiiij.

deꝫ diſpenſatiuū:redire ſemꝑ voluntariū:ergo ſi morā fecerit/ nō tardat quo ad meritū:ſed ꝗ ad votum. Debet igiť aīa deū reuocare inſtāter:et interim ſuſtinere ꝓcellas maris exēplo diſcipuloꝝ nauē intrantiū et expectantiū liberationem. Sed redeamꝰ ad dn̄m ieſum Ingreſſis eni diſcipl'is mare: ipſe ſolus aſcēdit in montē:⁊ ſic euaſit manus eoꝝ qui querebāt eū. Uides ꝗ̄to ſtudio ⁊ cautela regnum declinauit et honorē. Exēplū nobis in hoc dedit vt ſiľr faciamus. Non enī pro ſe ſed ꝓ nobis fugit. Cognoſcebat enī ꝗ̄tū periculū ſit ad honores aſpirare ſiue plationis et pōpe ſiue ſcientie. Et hoc probať multipliciť. Primo qꝛ opꝫ ꝓcurare et nutrire amicos quibꝰ habeātur honores ⁊ augeanť. Et ī hmōi multa faciūt ad amicoꝝ cōplacentiā:que ſūt cōtra deū et iuſtitiā:et etiā faciūt fieri. Scdo qꝛ inuident et detrahūt hn̄tibus vt ipſi honorabiliores habeanť ⁊ ita in odium et in inuidiā labunť. Tertio: qꝛ ſe reputat ⁊ reputari putat tali honore dignum: ⁊ ſic cadit in eleuationē ⁊ ſuperbiā ꝗ demergit hoīes
j. Pe.v. in ꝓfundū:qꝛ deus ſupbis reſiſtit humilibꝰ aūt dat gr̄am. Multos habet hō cōtradictores anteꝗ̄ ꝑueniat ad honorē. O ꝗ̄ difficilis via. Sed dato ꝙ perueniat: dicit ſcriptura ꝙ potētes potēter tormēta patienť:⁊ non loqť de ſolitudinibus ⁊ anxietatibꝰ ꝗ̄s quis patiť hic:ſed in futuro:qꝛ quaſi ſemꝑ in amaritudinibꝰ eſt oculus eius et alius ſenſus:qꝛ ſepe inuidet cui ſe poſteriorem iudicat:aut putat ab alijs reputari. Si vero velimꝰ ad verū honorē ꝑuenire: aſcendamꝰ ad xp̄m vel cū xp̄o ad paradiſū: ſꝫ vix inueniūtur qui patianť trahi: qui velint per viā duci mandatoꝝ Sed multi blandiūtur ſibi ſuperbi de honore ſcientie:vel ſub ſpe lucri que exercent ad alioꝝ ſalutē. Sed vtinam ſi fieri poſſet ſic fideliter miniſtraret ſicut fideliter ſe ingeſſit:ſed forte impoſſibile p̄ſidenti eſt:vt ex amara radice ambitionis fructꝰ charitatis oriať. Nā ꝑꝫ Criſoſto. ſuper Matth. Tale qdē eſt vti honoribꝰ ac ſi aliqs cū puella ſpecioſa cōuerſeť: et legem accipiat ne in ipām vnꝗ̄ oculos iaciat impudicos.

## ¶ Quō dn̄s ieſus orauit in monte et deſcendēs ambulauit ſuper aquas/ vbi petrus merſus eſt. Matthei.xiiij. Marci.vj. Johannis.vj. Capitu.xxxvj.

Sicut in ſuperiori tractatu habuiſti: ꝙ dn̄s ieſus coegit diſcipl'os intrare in nauiculā:et ipſe ſolus aſcēdit ī mōtem. Compleamꝰ ergo ꝗ dn̄s ieſus operatus eſt per illud miraculum de panibus: qꝛ iſta materia continua eſt. ⁊ ea que in iſtis tribus tractatibꝰ ſimul facta fuerūt. Ipām tamen diſiunxi vt meliꝰ cape poſſes:et vt eoꝝ moralitates poſſēt melius explicari. Poſtꝗ̄ ergo diſcipl'i nauē intrauerūt:ip̄e in montē aſcēdit vbi ſtetit ī orōne vſꝗ̄ ad quartā vigiliā noctis. i. tres partes tranſierant ⁊ quarta reſtabat. Et quo habemꝰ ꝙ dn̄s ieſus ꝓlongabat ī orōne:⁊ pluries legimꝰ eū orōni intendiſſe. Cōſpice igiť eū ꝗ̄liter orat et ſe humiliat corā patre: querit ſolitaria loca:⁊ ſolus vadit ad ea:affligit ſe ⁊ vigilat vigilias longas. Intēdit paſtor bonꝰ ꝓ ouibus ſuis. orat eni nō pro ſe:ſed pro nobis tanꝗ̄ mediator noſter apō patrē. Orat etiā vt exēplū nobis det orandi. Frequēter iude diſcipl'os monuit. ⁊ hoc ope ꝯprobauit
vn̄ dicebat eis:qm̄ oꝫ ſp orare ⁊ nō Lu.xviij.
deficeř. Et quō oportūites orōnis impetrat qđ poſcit: proponēs exē

plū de iudice et vidua. Luc.xviij. Hortat etiam ad cōfidentiā impetrandi petita. Petite (inquit) ꝛ dabitur vobis ꝓponens illud exemplum de amico diuitis panē ꝓpt importunitatē petendi impetrantis. Luce.xj. Eſt eni virtus eius efficax ad impetrandū omīa ꝓficua ꝛ remouendum omīa nociua. Ideo pro pncipali exercitio orationis exercitiū debemus habere Nil (alijs neceſſarijs curis tantū exceptis) nos debet tm̄ delectare q̄tum orare: quia oratio facit coniungi/morari/cōuerſari cum deo. Nam vt dicit Hieronymꝰ. Sepe corde tepido ad orationē accedamus: perſeuerantibꝰ autē repente infundit gratia: pingueſcit pectꝰ/ replet viſcera pietatis inundatio: et ſicut ſi quis premat lac concepte dulcedinis vbera dare nō tardabunt: vt experiamur quibus ſtudium eſt frequenter orare. Sȝ q̄d eſt ꝙ licet ab oratione non ceſſemꝰ vix vnq̄ȝ reperire videtur aliquis noſtrum quis ſit fructus ſue orōnis: ſed ſicut ad orationē accedimus ſic inde recedimꝰ: Nemo reſpondet verbū. Nemo donat q̄cq̄ȝ. Sed iudicium fidei ſequere: non experimētū tuū. Tua fides verax eſt: tuū experimentū nō. Que eſt ergo ṽitas fidei niſi qđ ꝓmittit filius dei: q̄cq̄d orantes petitis credite q꞉ accipietis ꝛ fiet vobis: Nemo paruipēdat orōnē ſuā: q꞉ dn̄s non vilipēdit: ſed anteq̄ȝ exeat de ore: deus ſcribit eā in libro ſuo et vnū de duobus indubitāter ſperare debemꝰ: q꞉ aut dabit qđ petimꝰ aut qđ nouit meliꝰ ꝛ vtilius. Nos aūt neſcimꝰ orare vt opȝ ſed miſeret deꝰ ſup nr̄is ignorātijs: ꝛ orōnē benigne ſuſcipiēs qđ nobis aut nō eſt vtile: aut nō tā cito dari neceſſe eſt minime tribuit. orō tn̄ non infructuoſa erit: ſicut pr̄ carnalis paruulo petenti panē libēter porrigit: q̄renti cultellū nō ꝯcedit: ſed magis ipſi panē quē dederat frangit. Tria aūt poſſumꝰ petere. duo ſunt pn̄tis tpis. i. bona corporis: et bona aīe. Tertiū eſt beatitudo vite eterne. Orandū eſt ergo ꝓ neceſſitatibꝰ: tn̄ cū intētione ſemꝑ ꝑueniendi ad aliud. Et q̇ ſic orat non illa videtur petere: ſed illud ꝓ quo alia poſtulamꝰ: ſed frequentiꝰ ꝛ ardentius ꝓ dei gr̄a impetrāda: ꝛ ꝓ vita eterna ardētiſſime ꝛ ꝯtinue ꝛ toto corde. Sit igit oratio q̄ ꝓ tēporalibus eſt reſtricta circa ſolas neceſſitates: ſed q̄ pro virtutibus aīe eſt: ſit libera et pura: ꝛ q̄ ꝓ ſpiritualibus eſt: ſit in omī humilitate fundata cōfidens de ſola miſeratione diuina. Sed redeamꝰ ad dn̄m ieſum. Dum ergo dn̄s ieſus oraret in monte: diſcipuli erant in mare afflicti et anguſtiati: q꞉ ventus erat eis contrariꝰ: ꝛ nauis procellis et fluctibus iactabatur. Cōſpice ergo et cōpatere eis: quia in magna tribulatiōe ſunt. Tēpeſtas enim inuaſerat eos: tempꝰ nocturnum erat: et abſq̄ȝ domio ſuo ſunt. Quarta aūt vigilia noctis deſcēdit dn̄s de monte: et ambulans ſuper mare appropinquit eis. Conſpice igitur qualiter fatigatus ex vigilia longa ꝛ oratione ꝓlixa ſolus deſcēdit noctis tpe de mōte laborioſo ꝛ forte petroſo nudis pedibꝰ: ꝛ vadit ſupra mare firmo veſtigio ſicut ſuꝑ terrā: cognouit eni mare creatorē ſuū. Cū aūt appropinq̄ret naui: diſcipli clamauerūt putātes eſſe fātaſma. At benignꝰ dn̄s nolēs āpliꝰ vexari ſtauit eos dicēs. Ego ſū nolite timere. Tunc petrꝰ de potētia dn̄i ꝯfiſus ad iuſſum eiꝰ cepit ambulare ſupra mare: et poſtea titubās cepit mergi: ſȝ eū dextera dn̄i ne merge. et erexit Ubi dicit glo. ſuꝑ matth. Supra mare ambulare facit vt oſ̄dat diuinā poteſtatē. Mergi facit ne in

Matth. vij. Luce. xj. et Joh. xix

Luc. ix.

firmitatẽ obliuiſcatur: ne putet ſe equalem deo ⁊ ne ſupbiat. Intrauit autẽ dñs nauẽ et ceſſauit q̃ſſatio: ⁊ omnia fuerunt pacata. Diſcipuli quoq; eum reuerẽter ſuſcipiunt: multũq; gauiſi ſunt ⁊ in qete magna remanſerũt. Cõſpice bene ipſum ⁊ diſcipulos in omnib⁹ ſupradictis: q2 pulchra ſunt ⁊ deuota valde. In hoc aũt facto moraliter cõſiderare potes qualiter dñs facit nobiſcũ. ſpũaliter patitur vt affligant electi in hoc interiori et
Heb.xij exteriori homie: q2 flagellat omnẽ filium quẽ recipit. Et q̃ ſũt extra diſciplinã non filij ſed adulteri ſũt Ad Hebreos.xij. Expedit nobis tribulari et affligi hic. Nam inde erudimur: virtutẽ acquirimus. et (qđ magis eſt) p̄mia eterna expectamus. Ideo non debem⁹ in his frangi: ſed expectare eas. Non ergo mireris ſi dñs diſcipulos quos ita diligebat vexari pmittebat pcellis. cõſiderabat eni ad vtilitatẽ eorum. Nec etiã mireris ſi pmittit amicos ſuos vexari. Pluries enim legitur nauiculã fluctibus ⁊ ventis cõtrarijs exagitari: ſ3 nũq̃ ſubmerſam. Patiẽter ergo te habeas in aduerſis: ⁊ gaudeas amore dñi: qui per ſe in ſuis hanc viam excelſam tenuit et monſtrauit.

## ¶De chananea muliere. Matthei.xv. Marci octauo. Capi.xxxvij.

Cum dñs ieſus laborans circuiret pdicando et ſanando ĩfirmos acceſſit ad eũ mulier chananea .i. de terra chanaan que erat gentiliũ et nõ iudeorum: rogans eũ vt ſanaret filiã ſuam. q̃ a demõio vexabatur. Erat enim fides in ea q̃ hoc poſſet facere. Et dño nihil reſpõdente nihilominus ſtabat et perſeuerabat clamans et petens ab eo miam intentum vt diſcipuli pro ea rogarent. Cũq; dñs ieſus reſponderet nõ debere dari panẽ filiorum canibus. ipſa ſe humilians reſpondit vt more ſaltẽ canis poſſet de micis habere: et ſic meruit exaudiri. Cõſpice igitur dñm et diſcipulos atq; ipſam in predictis iuxta modũ tibi datũ ſuperius. Nihilomin⁹ conſidera virtutes huius mulieris: et eas ad vtilitatem tuã cõuerte: q̃ fuerũt maxime tres. Prima fuit fides magna q̃ ſe ad ſuam filiã extendit. Scđa orõnis perſeuerantia: quia nõ ſolum pſeuerans fuit/ ſed etiã importuna ſperãs q̃ dñs importunitatẽ acceptet ⁊ ad eam mittat: vt iam dictum eſt. Tertia humilitas pfunda: quia nõ putauit ſe dignam inter filios cõputari nec habere panẽ integrũ: ſed cõtenta fuit accipere de micis. Unde valde ſe humiliauit: ideo qđ poſtulauit obtinuit. Et tu ſi corde integro in orõne perſeuerãs te hũiliaueris credas q̃ quicq̃d petier̃ obtinebis. Et ſicut apl'i petierunt pro chananea: ſic et angel⁹ tu⁹ pro te rogabit. et offeret orationẽ tuã deo. q2 ſm Bern̄. vnus eſt ex ſodalibus ſponſi in hoc ipſum deputatus miniſter et arbiter mutue ſalutationis. O quomodo delectabit̃ in hoc et conuerſus ad deũ dicet.
Gratias tibi ago dñe q2 deſideriũ Luce.
cordis eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate xxviij.
labiorum eius nõ fraudaſti eũ. Ipſe eſt qui in omi loco ſedulus ſollicitat monet et ſuggerit anime
dicens. Delectare in dño ⁊ dabit Pſalm.
tibi petitões cordis tui. Ipẽ ſi mo xxxvj.
ram fecerit expecta eũ: q2 veniet ⁊
non tardabit. Sicut ceruus deſi- pſ. xlj.
derat ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te de⁹. Item
tota die expãdi man⁹ meas ad te. Pſalm.
Dimitte illã q2 clamat poſt nos. lxxxvij.
Reſpice de celo et vide deſolatã.

Fidelis eſt nuncius qui diſcurrit inter dilectū et dilectā: vota offerens ⁊ referēs dona: excitat illam placat illum. Interdū etiā licȝ raro repreſentat eos pariter ſibi ſeu hunc rapiens: ſeu illū adducēs ſiquidem domeſtic⁹ eſt ⁊ not⁹ in palatio nec vereť repulſam: ſed quotidie videt faciē pr̄is ei⁹. Hucuſqȝ Bernar. Uides ꝗ fideliter angeli noſtri ſeruiunt nobis. Ideo quotidie debem⁹ eos reuereri: laudare/ honorare/ gr̄as agere/ ⁊ in eoꝝ preſentia qui ſemp nobis aſſunt: nil illicitū vel turpe cogitare/ dicere/ vel operari debem⁹. Ųn̄ Bernar.
pſ̄. xc. ſuper illud. Angelis ſuis de⁹ mandauit de te: vt cuſtodiant te ⁊c̄. Quantū tibi debet hoc verbum cōferre reuerētiā/ deuotionē/ ⁊ fiduciam. Primū pro p̄ſentia. Secundū ꝓ beniuolētia. Tertiū pro cuſtodia. Caute igiť ambula vbi aſſunt angeli in omnibus vijs ſicut mandatū eſt eis. Tu ergo nō audeas eis preſentib⁹ quod me vidēte nō auderes. Nos autē nō debemus eſſe ingrati illis qui deo cum tanta charitate obediunt: ⁊ nobis in tanta neceſſitate ſubueniūt. Simus ergo deuoti.

## Quomodo aliqui ex verbis dn̄i ſcādalizati ſunt: Matthei. xv. Mar. vij. Johan. vi. cap. xxxviij.

Non mireris ſi ex verbis ⁊ factis noſtris aliquādo ſcandala oriantur: quātūcūqȝ bene ⁊ fideliter fiāt cū ipſi domino (qui errare nō poterat) pluries contigerit idē. Dum eni quādam vice pharisei interrogarent dn̄m: quare diſcipuli nō lauabant manus quando manducabāt. Domin⁹ dure reſpondit eis: increpando eos ꝙ exteriorem mundiciā nō interiorem querebant: de quo illi ſcandalizati ſunt: ſed dn̄s non curauit. Alia vice dum dn̄s ſpiritualia in ſynagoga doceret: aliqui ex diſcipulis eius tanꝗ carnales nō intellexerunt ⁊ receſſerūt: nec de hoc etiam curauit: ſed ad duodecim diſcipulos ait. Nūquid ⁊ vos Joh. vi.
vultis abire? Cui petrus pro ſe et alijs reſpondit. Domie ad quē ibimus? verba vite eterne habes. Cōſidera enim in predictis ⁊ alijs ſimilibus quomodo publice loqbatur: ⁊ docebat veritatē: de ſcādalo prauorum nō curans. Nota hic etiam plura. Primo ꝙ ꝓpter alterius ſcandalum non debem⁹ recedere a veritate iuſticie. Secundo quia de interiori mūdicia magis ꝗ de exteriori honeſtate curare debem⁹: quod dn̄s alibi dicit aptius ſcilȝ Luce. xj. Tertio ꝙ ſpiritualiter viuere debemus ita ꝙ verba dn̄i non videantur nobis extranea ſicut illis diſcipulis qui receſſerunt: ſed potius cognoſcam⁹ ipſa eſſe vite eterne vt ſimul cum duodecim diſcipulis ipſum imitemur perfecte.

## ¶ De retributiōe relinquentiū oīa chriſtū ſeqntium. Matth. xix. marci x. Luce. xviij. ca. xxxix.

Cum fidelis ⁊ prudēs diſcipulus ſymon petrus quereret a dn̄o ꝓ ſe et alijs ſocijs de retributione ipſorū: redit domin⁹ ieſus inter alia ꝙ oīs qui temporalia dimittūt et eum ſe-
quuntur: cētuplū accipiēt in hoc Matth. xix.
mundo et vitam eternā in futuro. Nota bene hāc retributionem et gaude gaudio magno: ⁊ laudes ⁊ gratias referas deo: ꝙ ad talē negociationē te adduxit vt manus

liter de vno recipias centū: et nihilominus poſtea vitam eternam. Hoc autē centuplū ſpūalium aut temporaliū vel corporaliū eſt conſolatio internarū delectationū et virtutū: quas per experiētiam cognoſcimus non per doctrinā. Cū enim anima guſtat odorē paupertatis/nitorem caſtitatis ꝛ patientie: ceterarūqꝫ virtutum ſaporē et delectatur in eis: nōne centuplum tibi recepiſſe videtur? Et ſi vlteri⁹ aſcendit vt recipiat viſitationē ſpōſi: eiuſqꝫ preſentia delectetur ꝛ glorietur. Nōne tunc recipit pluſqꝫ mille duplum omniū: que recipit pro deo? Ergo verum eſt quod loquitur veritas non fallit quin centuplū in hoc mundo recipiat: non tantū ſemel ſed pluries. Unde afficitur ita aīa et tali guſtu et accenditur: ꝙ non ſolū id quod dimiſit: ſed etiam totū mundū arbitretur vt ſtercora: vt ſponſum ſuū lucrifacere poſſit: et parū ſibi feciſſe videtur. Unde beat⁹ Bernar. dicit aliquis ſecularis. Oſtende mihi centuplū qđ promittis ꝛ libens vniuerſa relinquo. Ut quid oſtendam? Fides nō habet meritū: cui humana ratio prebet experimētū. Deficit ſcrutās ſcrutinio. Niſi credideris non intelliges manna abſconditum qđ in apocalypſi victori promittit: et nomē nouū qđ nemo ſcit niſi qui accipit. An non deniqꝫ poſſidet omīa cui omīa cooperantur in bonum? An non centuplum habet omniū qui repletur ſpiritu ſancto ꝛ qui xp̄m habet in pectore? Nōne longe plus qꝫ templum viſitatio ſpiritusſancti eſt et
ps.xxx. pſentia chriſti? Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quam abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti eis qui ſperāt in te. Hoc ergo centuplū adoptio filioꝝ eſt gloria conſcientie regnū dei quod intra nos eſt. non eſca/non potus. ſed iuſtitia pax et gaudiū in ſpiritu ſancto. Sane gaudiū nō tantū in ſpe glorie: ſed in retributiōibus. Hec eſt illa pax quam chriſtus ſuis reliquit diſcipulis: que ſuperat omnem ſenſum: cui omne cōcupitū in mundo non poteſt cōparari quam expertus nouit: inexpertus ignorat: quā nemo ſcit niſi qui accipit. Letemur et regratiemur deo quo ad centuplum recipiendū: vocati ſumus. Huc uſqꝫ Bernard. lꝫ non iſto ordine.

## Qualiter dn̄s ieſus queſiuit a diſcipulis qđ homines dicerēt de chriſto Matthei.xvj. mar.viij. Luce.ix. Capi.xl.

Veniens domin⁹ ieſus in partes ceſaree philippi: queſiuit a diſcipulis quid de ipo homines dicerēt et quid ſentirēt ipſi de ipo ꝛ de alijs. Quidam autem reſponderūt ſic: alij vero ſic ꝛc. Petrus autē pro ſe et ꝑ alijs dixit. Tu es chriſt⁹ fili⁹ dei Matth.
viui. Et chriſtus ad eum. Tu es xvj.
petrus: et ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meā. Tunc dedit ei pro ſe ſuiſqꝫ ſucceſſoribus claues regni celorū: ſcilicet poteſtatē ligandi ſuper terram et ſoluendi. Conſpice eum et ipſos vt ſupra. Et nota ꝙ quē petrum hunc chriſtus vocauerat parūpoſt vocauit ſathan: i. eo ꝙ propter amorē carnalem quem ipſe petrus habebat ad chriſtum diſſuaſit et de paſſione ſua vt non fieret. Et tu dn̄i exemplo omnes habeas pro aduerſarijs qui pro corporali alienatione ab exercitio bono ſpirituali te volunt obſeruare.

## ¶ De tranſſiguratione domini in mõte thabor. Matth.xvij. Marci.ix. Luce.ix. Capi.xlj.

Aſſumens dñs ieſus tres ex diſcipulis ſuis aſcẽdit in mõtem thabor: et tranſſiguratus eſt ante eos oſtendẽs ſe eis glorioſum: venerũtq; Moyſes & Helyas loq̃ntes cũ eo de paſſione ſua futura. Dicebãt autẽ ei. Domiẽ nõ expedit vt moriaris: qꝛ vna gutta tui ſanguinis redimeret totũ mũdũ. Dñs autẽ dicebat
Joh.x. Bonus paſtor animã ſuam ponit pro ouibus ſuis: ſic et me oportet facere. Affuit etiã ibi ſpũs ſanct⁹ in ſpecie nubis lucide. Affuit & pa-
Matth. xvij. ter in voce dicẽs. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilectus in q̊ mihi complacui ipm audite. Diſcipuli autẽ ceciderunt in terrã: et cũ excitati fuiſſent non viderunt niſi ſolum ieſum. Cõſpice bene predicta & te preſentẽ exhibe: quia magnifica ſunt.

## ¶ Qualiter dñs ieſus duab⁹ vicib⁹ eiecit emẽtes et vendẽtes de templo. Johan.xj. Matthei xxj. Marci.xj. Luce.ix. Capitulum.xlij.

Duabus vicib⁹ eiecit dñs vendẽtes & emẽtes de templo: qđ inter eius magna miracula deputat̃. Nã licet eum al'as vilipẽderẽt: tunc tñ ante eũ fugerũt. Et q̃uis eſſẽt multi non ſe defenderũt: ſed ipſe ſolus cum quibuſdã funiculis oẽs eiecit. Et hoc ideo quia ſe eis terribilem oſtẽdit in facie. Accenſus enĩ zelo vehemẽti eo ꝙ pater ſuus ſic inhonorabat̃ ab illis: maxie in loco vbi magis honorari deberet: fecit ipſas eiectiones. Cõſpice ipm bene et cõpatere: qꝛ etiam ipſe cõpaſſione doloris plenus eſt. Ac nihilomin⁹ time. Nos enim q̃ in templo dei ſum⁹ de ſpeciali eius & magna gratia eius deputati: ſi ſecularibus negocijs (vt ipſi faciebant) nos implicem⁹ cũ ad laudẽ dei ſp debeam⁹ intendere: merito ab eo eiectionẽ & indignationẽ ei⁹ timere poſſum⁹ & debem⁹. Si ergo nõ vis iſto timore vexari: nulla ratione negocijs ſecularib⁹ te audeas implicare.

## ¶ De probatica piſcina Johan.v. Capi.xliij.

Erat in hieruſalẽ quedam aquarũ cõgregatio: in qua lauabantur oues de quib⁹ fiebant ſacrificia. In eadẽ dicitur fuiſſe lignũ crucis. Quolibet autẽ anno ſemel cũ aqua ꝓmouebatur ab angelo ſanabat̃ aliqs infirm⁹. ſ. qui primus deſcendebat in aquã poſt eius ab angelo motionem. Unde multi infirmi ꝓpterea iuxta eam morabantur continue. Erat autẽ quidã infirm⁹ iacẽs in grabato paliticus per triginta annos. hũc ergo ieſus quadã die ſabbati ſanauit. Cõſpice bñ ipm tunc ad infirmũ euntẽ: & loquentẽ more ſolito. In hoc autẽ facto nota tria. Primũ eſt ꝙ ſicut hic dñs requiſiuit infirmũ ſi vellet ſanari: ita inexcuſabiles ſunt peccãtores non cõſentientes voluntati diuine & ſue ſaluti: qꝛ ſm Aug. Qui creauit te ſine te: nõ iuſtificabit te ſine te. Secundũ: qꝛ multũ cauere debemus ne relabamur in pctm̃: qꝛ ſi ſanati recidiuam⁹ digne noſtri criminis magnitudo acrius puniet̃. Sicut huic dñs dixit. Vade & iam amplius noli peccare: ne deterius aliqđ tibi contingat. Tertiũ eſt: quia

maligni de oib⁹ perdūt:ſicut boni
de oib⁹ lucrātur. Nam cū hic libe
ratus portaret grabatū ſuū:et di
ceret ei a iudeis ꝙ non licebat die
ſabbati:ipe rñdit. Qui me ſanū fe
cit / ille mihi dixit. Tolle grabatū
tuum ⁊ ambula. Illi aūt dixerūt.
Quis eſt ille q̄ dixit tibi:tolle gra
batum tuū ⁊c. non eñ dicebāt:qs
eſt ille q̄ te ſanū fecit. et ſic accipie
bant qđ poſſent reprehēdere/non
qđ poterāt laudare. Sic curiales
et carnales hoīes in malā iudicāt
partē:frequēter que vidēt ⁊ quaſi
de oib⁹ perdūt. Spūaliter aūt vi
uētes oia referūt i laudē dei: ſiue
ſit proſperitas:ſiue ſit aduerſitas:
et non dubitāt quin oia recte fiāt
dño cūcta recte operāte vel iuſte
permittēte: et oia i bonā partē in
terpretātur. Iuxta doctrinā bea
Bernardus. ti Bernardi. Caue aliene cōuerſa
tiōis eſſe aut curioſus explorator:
aut temerari⁹ iudex:etiā ſi perpe
ram q̄d actū dep̄hēderis. Nec ſic
iudices primū ſed magis excuſa.
Excuſa intētionem ſi opus nō po
tes:puta ignorantiam:puta ſurre
ptionem:puta caſum: ꝙ ſi oēm diſ
ſimulationem certitudo rei recu
ſat:ſuade nihilominus tibi: dicito
apud temetipm:vehemens nimis
fuit tētatio: q̄d feciſſet de me ſi in
me accepiſſet ptātem :· Hucuſqꝫ
Bernar. Quō aūt de oib⁹ lucran
tur ſpūales: etiā de ſuis et alienis
pctis ⁊ de reb⁹ nociuis ⁊ de diabo
li operib⁹ oſtēdit Bern̄. Diabolus
eiuſqꝫ ſatellites / cum maligna ſit
ſemp eoꝝ intētio / nocere q̄de ſem
per cupiūt:ſed bonis emulatorib⁹
quib⁹ dꝫ. Et qs eſt q̄ vobis noceat
ſi boni emulatores fueritis: abſit
vt poſſint. Magis etiam volentes
cooperāť i bonū bonis. Hucuſqꝫ
Bern̄. Lauāt eñ man⁹ ſuas i ſan
guine pctōris. Sis ģ ſpūalis ⁊ oia
tibi i bonum cedēt. Et valet hmōi
cōſideratio ad tolerātiam tribula
tionum ⁊ tētationū/et animi quie
tem. Nam p hmōi cōtinuū exerci
tium poſſet q̄s venire ad tantā aie
trāquillitatē ꝙ vix vel raro de ali
qua re turbareť. Unde etiam ſcri
ptum eſt. Non cōtriſtabit iuſtum
quicquid ei acciderit.

## ¶ Quomodo diſcipuli dñi vellebāt ſpicas ꝑpter famem et fricabāt manib⁹. Luc. vj. Matthei. xij. Capi. xliiij.

Diſcipuli dñi ieſu qua
dam die ſabbati velle
bāt ſpicas eſurientes:
non habētes vnde pro
curarent qđ mānduca
rent: ibāt per agros / et vellētes ſpi
cas fricabāt manibus et comede
bāt. Reprehēdebātur aūt a phari
ſeis dicētib⁹. Nō licet hoc facere
die ſabbati. Dñs aūt defendebat
eos: et multa talia faciebat in die
ſabbati dñs vt ſupra dixi: vt de ha
bēte manū aridā ſanato. Intuere Mat. xij.
igiť diſcipulos ⁊ cōpatere eis i tā
ta neceſſitate ꝯſtitutos: ꝗuis gau
dentes hoc ipi facerēt ob pauper
tatis amorē:quem ante oēs virtu
tes et beatitudines cōmēdauerat
eis magiſter eoꝝ et dñs. Quid ta
men eſt cogitare principes mundi
preſente oium conditore ad tātam
paupertatem redactos: vt tali pa
bulo / more animalium / oporteret
eos ſuſtētari :· Aſpiciebat eos dñs
et cōpatiebatur eis: qꝛ tenerrime
diligebat eos / ſed nihilominꝰ gau
debat: tam ꝑpter eos quos in hoc
multum mereri ſciebat / ꝗ ꝑpter
nos quib⁹ relinquebant exēplum.
In hoc eñ exēplo ad multas vir
tutes ꝑficere poſſum⁹. Nam hic
mirabiliter paupertas relucet: pō
pa mūdi cōtēnēda oſtēditur: ſum
ptuoſa cibaria ⁊ saporoſa deſtruū
tur: et gule voracitas cū ſua turpi
fetoſitate ⁊ inſatiabili appetitu to
taliter euacuať. Tu ģ hoc aiſtus

exēplo/totis viribꝰ paupertatem amplectere: que ſic enituit in dn̄o et in dn̄a matre eiꝰ: et p̄fatis mūdi principibꝰ: et oībꝰ qui perfecte xp̄m imitari voluerūt: et paupertatem cordis dico/non tantum in exterioribꝰ. Nam virtutes in aīa collaudāde ſunt. Paupertas eñ ſm Bernar. non reputatur virtꝰ: ſed paupertatis amor. Amicitia pauperum regum amicos conſtituit amor paupertatis reges. Nā regnum celoꝝ pauperū eſt. Beatus qui poſtea nō abijt que poſſeſſa onerant: amata inquinant: amiſſa cruciant.

Mat. v. ⁊ Lu. vj

## ¶ De miniſterio marthe et marie. Luce. x. Capi. xlv.

Cum quadā vice dn̄s ieſus in bethaniā iret ad domum marthe et marie: ille toto affectu diligenter/ reuerenter et multum alacriter ſuſceperūt eūdem. Et martha quidem ſoror maior ſtatim ſe parauit ad refectionē et honorabilem aductū ieſu cū diſcipulis ꝓcurauit. Maria ꝟo ad pedes dn̄i ſe poſuit. Et dn̄s nolēs eſſe ocioſus/more ſuo loquebatur verba vite eterne. Ipſa ꝟo maria oculis auribꝰ in eū intēta iocūdabatur in ꝟbis eiꝰ vltra q̄ȝ dici poſſet: nec q̄cq̄ȝ aliud cogitabat. Martha ꝟo moleſte hoc tulit: et a dn̄o cōpelli ad laborādū ſecū miniſterio poſtulauit: ſȝ ſentētiā cōtrariā reportauit: ⁊ mariā optimā partē elegiſſe audiuit. Maria ꝟo que in ꝟbis dn̄i quieſcebat ad clamorem ſororis quaſi a ſomno euigilās de ſua comite timuit: et facie inclinata ad terrā ſiluit: ſed poſt dn̄i refectionem ſecurius et iocūdiꝰ ſedit. Cōſpice bene dn̄m ingredientem: et illas q̄ȝletiſſime ſuſcipientes: et deinceps alia in p̄dictis eorum actibus: q̄ pulcherrima ſunt.

## ¶ De diſtinctione contemplationum. Capi. xlvj.

Scire vero debes q̄ per iſtas duas ſorores dicūt ſancti duplicem vitam intelligi: ſcȝ actiuam ⁊ cōtēplatiuam. Et ſm hāc duplicem vitā cōtinue viuere nos oportet. Vita actiua deſignat̄ per marthā: cōtēplatiua per mariā. Sȝ actiue ſunt partes due. Prima eſt quā quis exercet ad ſuā principalem vtilitatē: corrigēdo/emēdādo ſe a vitijs/et informādo virtutibꝰ. Et iſtud idem fit ſecūdario ad ꝓximi vtilitatē per opera iuſticie ⁊ obſequia charitatis ac pietatis. Scd̄a pars eſt qn̄ quis exercitium cōfert principaliter ad vtilitatem ꝓximi q̄ȝuis etiā ad ſuū maius meritū: vt alios corrigendo et docēdo ⁊ adiuuādo in animarū ſalutem: vt faciūt prelati/p̄dicatores / doctores et hm̄oi. Et inter has duas partes actiue vite ⁊ cōtēplatiue vite iſte ſit ordo Primo: vt quis ſe exerceat ⁊ laboret ī oratione/ſacra lectiōe et alijs operibꝰ bonis: et obſequijs ī cōuerſatione cōmuni/ſe corrigēdo a vitijs ⁊ acq̄rēdo virtutes. Scd̄o: vt quieſcat ī cōtēplatione ſolitudinē mētis querēs ⁊ ſoli deo vacās toto poſſe. Tertio: vt per duo dicta exercitia virtutibꝰ et vera ſapientia imbutꝰ/illuminatꝰ et feruidus factus ad alioꝝ ſalutem tendat.

¶ Tria ſunt gn̄a contēplationis: duo principaliter ꝓpter ꝑfectos: tertiū addit̄ pro imperfectis. Primum perfectoꝝ eſt cōtēplatio de eterni regis maieſtate/eternitate/ diuinitate ⁊ gloria. Scd̄m eſt contemplatio de felicitate ⁊ gl'ia celeſtis curie/ac ciuitatis ſupne. Tertium ꝑincipiētibꝰ et imperfectis eſt contēplatio humanitatis xp̄i: que in hoc libello deſcribit̄: a qua

incipiēdum eſt q̄ vult aſcēdere ad maiora. Nunq̄ ad ſublimia de te/ mēte eleuari poſſe cōfidas / niſi in hoc diligēter te etiā longo tēpore exerceas. Et hāc cōtēplationem non op; q̄ precedat actiua vita. tū quia de reb⁹ corporalib⁹ eſt: ſc; de actib⁹ xp̄i ſm humanitatem. vnde tanq̄ facilior non ſolū pfectis ſed rudib⁹ pponit intuēda. tū q: in ea ſicut i actiua ⁊ a vitijs purgamur et virtutib⁹ induimur: vn̄ cum hac actiua cōcurrit. Qz aūt d: q̄ actiua debet precedere cōtēplatiuam verū eſt i alijs ſuis ſublimiorib⁹ generib⁹: ſc; celeſtis curie ⁊ maieſtatis dei: que tā cū pfectis reſeruat.

¶ Sciēdū aūt q̄ ſi volum⁹ introduci in hāc duplicē vitā q̄ prima pars actiue requirit ſocialē cōuerſationem inter alios: ſicut cōtēplatiua ſolitudinē: ideo in actiua conuerſandum eſt cū alijs: q: melius et citi⁹ quis ſuū propoſitū cōſequitur. Erubeſcit eñ inter alios de vitijs que habet, et de vtutib⁹ qua[s] nō habet: ideo i vtriſq̄ ſe corrigi[t] qd in ſolitudine ſic non cōrigeret: qñ in ea nec ipa pretenderet. Non eñ eſſet q̄ corrigeret nec corā quo erubeſceret. Propterea pficit in correptiōib⁹ et morib⁹ alioꝝ cū eſt in cōgregatione. Conatur eñ vitare defect⁹ pro quib⁹ alij corripiuntur: et diſplicet ei non acq̄rere virtutes p quib⁹ cōmēdatur aut placet alijs: ideo te ſic facere oportet donec fueris i actiua: et caute obſerues virtutes alioꝝ et vitia / proponendo tibi mores alioꝝ et virtutes. vnde Bern̄. Ue mihi (inquit) vnus ex noſtris: q: monachū vnū in vigilijs cōſideraui: in quo. xxx. virtutes numeraui: quaꝝ vnā non inuenio in me. Et fortaſſe ille nullam tātam habebat q̄ta eſt hmōi ipſa religioſe emulationis humilitas. Hic itaq̄ fruct⁹ ſit noſtri ſermonis vt ad altiora ſemp intēdas: q: in hoc ſtat plenitudo humilitatis. Nam ſi forte i re aliqua maior tibi frater aliquo gratia collata videtur i multis: tñ ſi bon⁹ emulator fueris / iudicare te poteris inferiorem. Quid eñ ſi forte tu laborare aut ieiunare potes meli⁹ illo: ⁊ ille patiētia ſuperat / hūilitate vel charitate? Quid tota die circa id qd videris hr̄e i ſimplici cogitatione vſar; ? Eſto mag; ſollicit⁹ vt ſcias qd deſit tibi. In contēplatiua aūt vita lōge aliter te viuere op;: quia cōtēplator ſoli deo vacare debet: ⁊ manere i ſolitudine ſaltē mētis. Nil eñ ad eū de alijs reb⁹ cōib⁹ vel pprijs. Nil de proximis quo ad obſeq̄a corpalia p illo tpe: ſed oratione / deuotiōe / cōpaſſiōe intēdit ad eos. Nihil etiā ad eū de ſeipſo. Oia breuiter d; poſt tergū dimittere ⁊ proijcere: et tāq̄ inſenſibilis et mortuus eſſe vt ſoli deo vacare poſſit / niſi neceſſitas eū iplicet vel inuitū. Op; q̄ immoret actu: ⁊ ta[c]eat exēplo marie: que quātūcūq̄ [t]ōtiēs interpellata fuit ſemp tacuit ⁊ dimiſit rñdere deū ⁊ facere. nec vnq̄ conqueſta eſt q̄ ſoror ſua reliquit eā ſolā vacare. Sed ⁊ dñs ſemp rñdit et defendit eā a phariſeo indignāte: a ſorore cōquerēte: a diſcipulo murmurāte ſeu diſcipulis. Debet ģ contēplator oīa dimittere: marie exercitia corpalia ſi vult vacare deo: q: talis occupatio recte opponit vacationi. et eſt vnum de maiorib⁹ impedimentis que poſſit habere contēplator.

## ¶ De impedimētis contemplationis: et que vita preferatur actiua vel cōtēplatiua: et que maioris eſt meriti. Capi. xlvij.

Contēplationis quattuor ſunt impedimenta / ſeu quattuor ſunt modi quib⁹ contēplator impedit. Primū

eſt infirmitas ꝛ defectus corpora-
lis. Tantum eñ aïa ad corpus affi-
citur ꝙ eo patiente famem/ſitim/
frigus aut hmõi: vel infirmitatem
in quacũq; parte corporis contem
plari non delectaẜ: niſi dñs faciat
de gratia ſpeciali. ¶ Scdm eſt ſol
licitudo curarũ vel occupationũ:
qꝛ ſicut puluis miſſus et eiectus
in oculo corporali impedit viſum
eius: ſic cura terrenoꝝ actuũ con-
fundit intellectum. ¶ Tertiũ pec
catum: et hoc dupliciter. prĩo cũ
peccatum eſt in aïa. ſcdo cum fuit
deletum per cõtritionem ꝛ confeſ
ſionem/ſed tamen adhuc in memo
riam reuocaẜ. Nam ſicut tenebre
impediũt viſum corporalẽ: ita pec
catum cũ eſt in aïa impedit eã: qꝛ
eſt tenebroſa. Quare tẽpore cõtẽ-
platiõis debet cauere a cogitatio
nibus pctõꝝ. Omni eñ tẽpore de
bemus nos reputare pctõres: ſed
ſingulariter non debem⁹ reflecte-
re noſtram cogitatiõem ſuper ali-
quo peccato tẽpore quo volumus
contẽplari. ¶ Quartum impedi-
mẽtum contẽplationis eſt fantaſ-
ma corporalium imaginum qđ eſt
difficili⁹ oĩb⁹ predictꝭ: ideo multũ
valet in hoc ſtatu ſolitudo. Opor-
tet eñ contẽplãtem eſſe ſurdum/
mutum ꝛ cecum: vt vidẽs non vi-
deat: audiẽs non intelligat: nec lo
qui delectetur eſſeq; ita abſtractũ
ab alijs tranſitorijs et deo coniun-
ctum ꝙ in vidẽdo/loquẽdo et au-
diẽdo non minuat curſuum ſuum
ſꝫ fugiat quãtum poteſt. Et ſi qñ-
cũq; neceſſitas ad id cogit non re-
portet imagines que per has fene
ſtras ad aïam intrãt dum cõtẽpla
tiuis et actiuis non tenetur obſer-
uare more alioꝝ ne inde fantaſma
reportet. Ergo magis dꝫ ceſſare
a ſecularium colloquio. Et hec di
cta ſufficiãt de impedimẽtis cõtẽ
plationis. ¶ Queritur aũt ſi vita
cõtẽplatiua preferatur actiue: qꝛ
dicitur optimam partem elegit ſibi Luc. x.
maria. Qđ ſi verum eſt: vbi erit il-
lud. Si q̃s mihi miniſtrauerit ho- Joh. xij.
norificabit eum pater meus. Et il
lud. Qui maior eſt veſtrum. ꝛc. Mar. ix.
Et ecõtra: que eſt conſolatio labo
ris quaſi in ei⁹ ſuggilationem ſoro
ris partem attollere. Rñſio. Vnũ
videtur ex duobus: qꝛ aut de ele-
ctione maria laudatur ꝙ pars ipa
in quãtum in nobis eſt ſit in oĩbus
eligẽda: aut vt verũ fuiſſe dicatur
in partem aliquã precipitaſſe ſen-
tentiam: licet ad obedientiã prece
ptoris ad vtrãlibet ſit parata. Vn
de dauid bis dicit. Paratum cor Ps. lvij et cvij.
meũ deus paratũ cor meũ. vt oſtẽ
dat ꝙ erat paratus et vacare deo
et proximis miniſtrare. Hec pars op
tima eſt que non auferet. Bonum
eñ acquirit gaudiũ qui bene mi-
niſtrauerit. Eſt melior forte q̃ be-
ne deo vacauerit. Optimus autẽ
qui perfectus eſt ĩ vtroq;. Ex his
ſumitur vitã contẽplatiuã prefe-
rendam actiue. Que aũt ſit maio
ris meriti de⁹ nouit. Crederem ta
men qui fertur amore maiori ma-
gis meretur: ſed cõtẽplatiua com
muniter videẜ magꝭ affici ad amo
rem/et maxime ĩ ſpeculatione dñi
frui deo cõuerſari cũ deo volũta-
tem ei⁹ agnoſcere que ad cõtẽpla-
tiuum pertinẽt. Et hoc videtur te
nere ſancti ꝙ contẽplatiua ſit ma-
ioris meriti: ſed quicq̃d fuerit de⁹
vult de vtriſq;. Et ſicut multa mẽ
bra in eodem corpore non habent
eũdem actũ: ita nos multos in cor
pore eccleſie multis modis opor-
tet ſeruire deo. Et non oĩb⁹ idem j. Cor. xij.
ſpũs datur: ſed alijs datur ſermo
ſapiẽtie ꝛc. Vnuſq̃ſq; ĝ in ſua vo-
catione permaneat: vt q aptus eſt
cõtẽplationi moreẜ in ea: qui vero
miniſterio proximi/exerceat ſe in il-
lo. Nam ꝛ dñs ſicut dixit ꝙ maria
optimam partem elegit: ſic petro
ſuas oues cõmendauit cum ter ei

Joh.xxj hoc impreſſit. Paſce oues meas. Hucuſq; de dictis Bern. Quis pluries dr q contēplator ſoli deo vacare deberet non obmittere:hoc eſt verũ gnāliter ſed nō ſemꝑ. Nam ꝓpter tria q̄s a iocūda cōtēplatione ſe ad tēpꝰ ſeparat et ſe recipit in actiuā. Prima cauſa eſt ꝓpter lucrum aīaꝝ:vt habet̄ ſupra q̄ño cōtēplatiua precedit ſcdam partem actiue. Sciēs eīm ſpōſa volūtatem ſpōſi zelātis aīaꝝ ſalutē:exit ad tēpus cū neceſſariū eſt ad ipam operādam:et poſtea redit ad cōtēplatiōem. Scda:rōne officij imminētis. Nam cū prelatꝰ ſubditoꝝ neceſſitatibꝰ habet intēdere omittit tūc cōtēplatiōem. vñ dicit Ber. in tali caſu. Non querā que mea ſūt: neq; qd̄ eſt vtile mihi:ſed qd̄ vultis id mihi vtile iudicabo. Id ſolū deprecor vt fiat illis acceptum fructuoſūq; miniſteriū meū: ſi forte et hoc i die mala inueniā miam in oculis patris eoꝝ. Dicit etiā q dū cōpetit aliqd ꝓfeciſſe ex ſuis meritis/nūc nō piget pretuliſſe curā. Symonis ocio ꝓprio ꝛ quieti: vt cū homo iracūdꝰ mutat̄ in mitem et ſupbꝰ in humilē: puſillanimꝰ in fortē.ꝛc̄. Tertia.qn̄ more ſuo recedente ſponſo non ſentit aīa ſolitas cōſolationes. vadit eīm ꝛ redit ſpōſus ꝓ ſuo velle vt dictum eſt qñ voluerūt facere ieſum regē: et cū recedit aīa languet et deſiderio eiꝰ: et toto conatu ſuo reuocat eū dicens. Reuertere dilecte mi. Et ſic nec tūc redijt vocat ſodales ſponſi in auxilium ſui.i.angelos:ꝛ dicit.
Cāt.viij Adiuro vos filie hierl'm ſi videritis dilectū meū nūciate ei q: amore lāgueo. Si nec ſic redire dignatur, anima tūc ſciens voluntatem ſponſi reducit ſe in actiuam vt vel ſic fructificet ſponſa:quia non decet contemplatiuum eſſe deſidioſum. Et hec de cōtemplatione dicta ſufficiant.

## Quō dñs ieſus predixit iudeis q eccl'ia deuolueretur ad gentiles per ſimilitudinem cultorum vinee q̄ filium dñi ſui occiderunt. Matthei.xxj. Luce.xx. Marci.xij. Capi.xlviij.

Dominus ac redēptor noſter zelās aīaꝝ ſalutem ꝓ qbꝰ venerat poſiturus aīam ſuā:oibꝰ modis nitit̄ eas ad ſe trahere:et de inimicoꝝ faucibꝰ eripere. Vñ nitebat̄ aliqñ ſermonibꝰ blādis ꝛ hūilibꝰ:qñq; nimis ꝛ terroribus:ſic varias modos ꝛ remedia ſalutis ꝓut expedire videbat ꝓ loco ꝛ tēpore ꝛ audiētium virtute. In hoc aūt loco fuit vſus contra phariſeos ꝛ principes vrbis duris ꝛ exēplo terribili tāq; iuſto et vero:vt eidē ipi tulerūt cōtra ſe ſentētiā. Propoſuit aūt eis parabolam de cultoribꝰ vinee qui dñi nūcios veniētes ꝓ fructibꝰ occiderūt et etiā filiū eiꝰ. Querētes aūt ab illis qua pena digni erant: dño reſponderūt. Malos male perdet Matth.xxj. et vineam ſuā locabit alijs agricolis. Et dñs ieſus approbans intulit. Sic auferet̄ a vobis regnū dei/ et dabit̄ gēti faciēti fructus eius gentilibꝰ: ſcʒ ex quibꝰ ſumus nos et vniuerſalis eccl'ia. Interpoſuit etiam exēplum de lapide angulari: qui ſignificat xp̄m qui debebat iudeos confringere. Tūc ipi intelligentes q de ipſis eſſent he parabole non correcti ſed magis irati ſunt:quia eos excecauerat eorum malicia. Cōſpice eum in predictis quidem humiliter ſedentem inter illos nepharios: tamen cū auctoritate loquentem ꝛ cum poteſtate ac vigore virtutis denūciātem eis caſum propriū.

## Quō voluerūt capere dñm ieſum in ſermone. Mat.xxij. Luce.xx. Mar.xij. Capi.xlix.

Sicut mult; modis ni-
tebatur dñs iesus ope
rari salutē iudeoꝝ: sic
econuerso illi qb⁹ oib⁹
poterant modis cona-
bātur ad illi⁹ destructionē et inte-
ritum. Cogitauerūt ēū decipere
sed defecerūt scrutātes scrutinio.
Miserūt aūt deliberato cōsilio di
scipulos suos cū familiarib⁹ hero
dis regis vt quererēt ſi liceat cen-
ſum dari ceſari/an non. Cogitaue
runt eñ ꝙ ex hoc redderēt eū expo
ſum vel ceſari vel turbis iudeoꝝ:
q̄ſi non poſſet niſi cōtra ſe rñdere.
At ipſe ſcrutatoꝛ cordiū cognoſcens
coꝝ maliciā rñdit ꝙ que ad deum
deo/et que ad ceſarē ceſari redde-
rēt: vocās eos hypocritas q̄ ꝟbis
blandis et aīo fallaci loquebātur.
Illi aūt ſua intētione fraudati cū
ꝟecūdia receſſerūt. Conſpice ipm
et attēde vt. s̄. Et etiā ꝯſidera hic
ꝙ non vult dñs ꝙ prelati ⁊ dñi tē-
poꝛales i ſuo debito defraudent.
Vñ peccatū eſt non ſoluere peda-
gium ⁊ gabellas que p dños tēpo
rales debite ⁊ equaliter oꝛdinant.

## ¶ De ceco in hierico il-
luminato a dño Ieſu. Matth. xx.
Marci. x. Luce. xviij. Ca. l.

Benigniſſimus dñs ex
nimia charitate de ſi-
nu pris pro nr̄a ſalute
deſcēdit: ſciēſq; q2 tps
viſitationis ſue inſta-
bat: ad eūdū ꝟſus hierl'm pro ipſa
paſſiōe ſuſcipiēda ſe parauit: quā
diſcipulis etiā predixit/ ſ3 non in-
tellexerūt eū. Cū aūt appropiquā
ret hierico: cecus qdā ſedebat ſe-
cus viā mēdicās. Cū aūt intellige
ret a turbis ieſum inde trāſire foꝛ-
titer cepit clamare miam. Et licet
increparet a turba non verecūda
batur nec tacebat. Ad cui⁹ fidem
⁊ fauorē dñs ieſus reſpiciēs/fecit
Luce. xviij. eū adduci ad ſe: et ait. Quid vis
vt faciā tibi? O dulciſſimū ꝟbum
Quid vis vt faciā tibi. Cecus ad
eū. Dñe/vt videā lumen. Et plus
dñs cōceſſit/dicēs. Reſpice. et ſic
eū illuminauit. Cōſpice dñm ⁊ cu
rialitatē ei⁹ diligēter: et conſidera
hic de virtute fidei ⁊ oꝛationis: et
q̄uo oꝛationis importunitas nō di
ſplicet/ imo placet. Sil'e habuiſti
ſupra de chananea. Et ipſe docet
in hoc capitulo ꝙ opꝫ oꝛare ſemp
et nō deficere dās exēplū de iudi-
ce a quo vidua ex ipoꝛtunitate pe-
tēdi impetrauit qd petebat. Alibi
etiā dat exēplum de eo q̄ de nocte
cōmodauit panes ex ipoꝛtunita-
te petēdi. Etēm ꝑſeuerātib⁹ in pe-
titione facit dñs q̄cq̄d petierit de
bite ac iuſte: adeo vt dicat dñs ſin
gulis: qd vis vt faciā tibi? et facit
imo etiā plus ſepiſſime q̄ȝ petitur
et q̄ȝ homo audeat petere. Exem-
plum de zacheo: de quo infra ꝓxi
me dicet. Igit habeas ꝓ cōſtāti
ꝙ q̄cq̄d fideliter et ꝑſeuerāter pe-
tieris a dño obtinebis. Nec vere-
cūdari debes ſicut nec iſte cecus:
nec chananea: nec zacheus vere-
cūdati ſunt petere grās ⁊ eas obti
nuerunt. Sic nec nos verecūdari
debem⁹ deo ſeruire et pctīm depo-
nere/grāſq; nobis neceſſarias po-
ſtulare. Habere nāq; pudoꝛem et
verecūdiā ad virtutem q̄q; perti-
net: q̄nq; etiā ad magnū peccatū.
Eſt eñ pudoꝛ adducēs peccatū:
et eſt pudoꝛ adducens gloꝛiā: que
in hui⁹ ceci conſideratione veniūt.
potes conſiderare de duob⁹ alijs
cecis tūc a dño illuminat; quādo
exijt de Hierico. Iſte fuit ante in-
greſſum illuminatus. De illis aūt
dicit Matthei. xx. et Mar. x. vbi
ponit nomen vni⁹. Nam eodē mo
do clamauerūt vt iſte: et reſpōſum
ſic ꝙ a dño lumen receperunt.

## ¶ Qualiter dñs intra-
uit domū Zachei. Lu. xix. Ca. li.

CUm dñs Jeſus ingrederetur ciuitatē hierico ⁊ ambularet per eā: zacheus princeps publicanoꝝ hoc audiens et deſiderās eū videre/nec valens ꝓpter multitudinē turbe: aſcēdit in arborē ſicomoꝝ vt ita poſſet videre eū. Jeſus aūt cognoſcēs ⁊ acceptās fidē eiꝰ et deſideriū: dixit. Zachee feſtinās deſcende: qꝛ hodie in domo tua opꝫ me manere. Tūc ille deſcendit cū gaudio magno: et cū reuerētia ſuſcepit eum: et ei cōuiuiū preparauit. Uidiſti curialitatē dñi Jeſu. Plus dedit zacheo ꝙ̄ ille deſideraſſet. Dedit eñ ſeipm̄ qḋ ille petere non fuiſſet auſus. Hic habes de ỽtute orationis. Nam deſideriū magnū et non vox magna eſt oratio. Uñ propheta.
Ps̄.ix. Deſideriū pauperū exaudiuit dñs: preparationē cordis eoꝝ audiuit aurꝭ tua. Et moyſi dixit dominꝰ.
Exodi xiiij. Quid clamas ad me: cū ipē tūc ore taceret et corde loqueret̄? Cōſpice igit̄ dñm ſedētem ⁊ comedētem cū illis pctōꝛibꝰ. Poſuit ſe in medio mēſe cū zacheo: ⁊ aliquē ex illis honoratis poſuit i capite: familiariter ⁊ domeſtice loquebatur cū illis vt eos ad ſe attraheret. Cōſpice etiā diſcipulos libēter cū pctōꝛibꝰ eiſdem conuerſantes: collocātes cū eis/et eos ad opera bona confortantes et conuertentes. Sciebāt eñ volūtatem eſſe magiſtri ſui: et ſalutem illoꝝ cupiebant.

## De ceco a natiuitate illuminato a dño ieſu. Joh.ix. Ca.lij.

CUm dñs Jeſus tranſiret per hierl'm vidit cecum a natiuitate: cui nomen dr̄ fuiſſe Cedonius: et inclinās ſe humiliter dñs fecit lutū de ſputo: et liniuit oculos eiꝰ/mittēs eū ad natatoria ſyloe vt lauaret. Juit ille cecus/et lauit oculos ſuos: et lumen recepit. Iſtud miraculū fuit ſolēniter examinatum ab illis maliuolis/et ceſſit in confuſionem illorum. Uide hiſtoriam euangelij: quia ſatis plana ⁊ pulchra eſt. In predictis conſpice dñm vt ſupra. Conſidera etiā ꝙ̄ magna fuit ceci gratitudo: qꝛ cōſtāter ⁊ vtiliter defendit partem dñi ieſu: etiā cōtra pricipes ⁊ maiores iudeoꝝ: nec in vno ỽbo pepercit eis: cū tñ adhuc dñm ieſum non vidiſſet. Multum eſt eñ cōmēdabilis virtꝰ gratitudinis ⁊ deo accepta: ⁊ deteſtabile vitiū ingratitudinis. De qua materia Berñ. Diſce ad ſingula dona grās agere deo. Diligēter (inquit) conſidera que tibi apponuntur ne dona dei gratiarum actione fruſtrentur: non grandia/non mediocria/non puſilla. Deniqꝫ iubemur colligere fragmēta vt non pereāt: id eſt nec minima beneficia obliuiſci. Nunqḋ non perijt qḋ donatur ingrato? Ingratitudo eſt inimica anime: exinanitio meritoꝝ/virtutum diſperſio/bonoꝝ perditio. Ingratitudo eſt ventus vrens exſiccans ſibi fontem pietatis/rorem mie/fluenta gratiarum.

## ¶ Quo abſcōdit ſe ieſus exiēs de tēplo quādo iudei voluerūt eū lapidare. Joh.viij. Ca.liij.

ECce incipiūt myſteria paſſionis dñi ieſu. Dū igit̄ dñs ieſus quadā vice pdicaret in tēplo ⁊ doceret: diceretqꝫ inter alia. Si qs ſermonem meū ſeruauerit/mortem non videbit in eternum. Judeis inter alia reſpondentibꝰ. An tu es maior patre noſtro abraham qui mortuꝰ eſt. Dixit dñs. Anteqꝫ fieret abrahā ego ſum. Et quo ỽbo ſumētes occaſionem q̄ſi impoſſibile vel mēdacium loqueret̄: tulerunt lapides vt lapi-

daret eũ. Ipſe ṽo abſcõdit ſe ⁊ exiuit de tẽplo. Nõ ũq̃d eñ venerat hora paſſiõis ſue. Cõſpice igit̃ bene cũ dolore vehemẽti quõ dñs oĩm ſic vilipendebat̃ ab illis neq̃ſſimis ſeruis: et quõ volẽs eoꝝ neq̃tie cedere: abſcõdit ſe ĩ aliquo loco tẽpli poſt aliquã colũnam vel inter aliquas pſonas. Intuere etiam ſuos diſcipl'os meſto ⁊ inclinato capite tãq̃ ĩbecilles ⁊ debiles recedẽtes.

## Quomodo alia vice iudei voluerũt lapidare dñm ieſum. Johannis. x. Ca. liiij.

Cum quadã alia vice in feſto encenioꝝ ⁊ dedicationis tẽpli ieſus eſſet ĩ porticu ſalomonis / putauerunt eũ lapidare illi lupi rapaces cũ furore maximo ſtridẽtes dẽtib⁹ dicẽtes. Quouſq̃ aĩas nr̃as tollis: ſi tu es xp̃s / dic nobis palã. At mitiſſim⁹ agn⁹ dixit eis humiliter. Loquor vobis et non creditis. Opera que ego facio ĩ noĩe patris mei / hec teſtimoniũ perhibẽt de me. Cogita q̃ benigne eis loquebat̃: illi aũt furioſe caninis latratibus perſtrepebant. Tãdẽ non potuerũt occultare venenum cordis ſui. Acceperũt ergo iudei lapides: ſed ipſe blando ſermõe loquebat̃ eis dicẽs. Multa bona opera oſtẽdi vobis: ꝓpter que vultis me lapidare. Et inter alia dixerũt ei. Tu homo cum ſis / facis teipm̃ deum. Vide eoꝝ inſaniam. Ipſi volebãt ſcire ſi eſſet xp̃s et q2 ṽbis ⁊ operib⁹ ſe cõprobabat volebãt eũ lapidare. Vere excecauerat eos malicia eoꝝ: nec aliquã excuſationẽ habere pñt qñ potuerunt et debuerint credere dñm ieſum eſſe filiũ dei. Quia ṽo necdũ venerat hora eius / exiuit de manibus eoꝝ: et receſſit trãs iordanem in loco vbi fuerat Johãnes baptiſãs: qui diſtat a hierl'm per. xviij. miliaria: et ibi ſtetit cũ diſcipulis ſuis. Cogitem⁹ igit̃ tam ipm̃ q̃ diſcipulos recedere: et eis compatiamur toto poſſe.

## De reſurrectiõe Lazari. Johãnis. xj. Capi. lv.

Preſens miraculũ valde celebre multũq̃ ſolẽne cũ deuotione meditãdum occurrit. Iõ ſi nos attẽtos exhibeamus: ac ſi pꝛeſentes fuiſſem⁹ ĩ his que dicta vel facta fuerũt: et libẽter conuerſem⁹ cũ dño ieſu ⁊ diſcipulis ſuis: et cũ iſta benedicta familia ſic deo deuota ⁊ a dño dilecta: ſcilꝫ lazaro / martha et maria magdalena. Lãguẽte igit̃ lazaro: ſorores ei⁹ que familiariſſime dño erãt miſerũt ad eũ ad locũ ad quẽ receſſerat: dicẽtes. Lazar⁹ frater noſter quẽ amas infirmat̃. et amplius nõ dixerũt: vel q2 ſufficiebat amanti ⁊ bene intelligẽti: vel q2 timebãt ipm̃ ad ſe vocare cũ ſcirent maiores iudeoꝝ inſidiari ſibi ⁊ cupere mortem ſuã. Dñs aũt audito nuncio ſtetit duos dies: et poſtea inter alia dixit diſcipulis ſuis. Lazarus amic⁹ noſter dormit. ⁊c. q̃re in euãgelio. Itez dixit. Lazarus mortuus eſt: et gaudeo ꝓpter vos vt ſciatis q2 non erã ibi. Vñ mirabilem bonitatẽ ac dilectiõem dñi circa diſcipulos. Indigebant adhuc maiori robore et ṽtute. Vnde ipſe libẽter operabat̃ eoꝝ ꝑfectũ. Redierũt ĝ et venerũt ꝓpe bethaniã. Martha aũt cũ ſciuit venit ei obuiã: et ꝓcidens ad pedes ei⁹ dixit. Dñe: ſi fuiſſes hic frater meus nõ eſſet mortu⁹. Et dñs rñdit q̃ reſurgeret: et de reſurrectiõe multa tractauerunt. Poſtea mittit eam pro maria: quã ſingulariter diligebat. Ipſa ṽo vt ſciuit feſtine ſurrexit ⁊ venit ad eũ: et ꝓcidẽs verba illa dixit. Dñs aũt vidẽs dilectã

ſuam ſic afflictam/lachrymoſam/ ꝛ deſolatā de fratre ſuo: nō potuit lachrymas cōtinere: ꝛ tūc lachrymatꝰ eſt. Cogitemꝰ ipm̄ et illas diſcipulas: et illos diſcipl'os: an non et ipſi fuerunt lachrymati. Poſt aliquā morā ſic cunctis plorātibus dixit dn̄s. Ubi poſuiſtis eum: Ipſe tamen bene ſciebat: ſed more humano loquebatꝰ. Tūc ille dixerunt. Dn̄e veni et vide. Et duxerūt eū ad ſepulchꝛū. Et venit cū illis cōſolans eas. Ipſe vero ꝛ ſua preſentia cōſolabat valde. Cūqꝫ ſic incederent: dicebat magdalena. Domine qualr̄ fuit vobis ex q̄ receſſiſtis a nobis: dolor fuit mihi de veſtro receſſu: et cū hic eratis de vr̄a morte timebā. ꝛ nunc vos rediſſe gaudeo: ſed et timeo de vobis: ſcitis enī q̄ta machinant aduerſus vos pricipes ꝛ maiores nr̄i. Ideo nō fuimꝰ auſe mittere ꝓ vobis vt veniretis. gaudeo q2 veniſtis: ſed rogo ꝓ deo caueatis vos ab illis. Dn̄s autem dixit. Nō timeatis: q2 pater ſuper his ꝓuidebit: ꝛ ſic colloquendo venerūt ad monumētū. Tunc iuſſit dn̄s ab eo leuari lapidem ſuperpoſitū: ſed contēdebat martha dicēs. Dn̄e iam fetet: quatriduanꝰ eſt. O deus vide amorē mirabilē iſtarū ſororū erga dominum ieſum. nolebāt eni q̄ fetor tāgeret nares eius. Tunc dn̄s fecit lapidē leuari. Quo facto ipſe eleuatis oculis in celum dixit. Grās tibi ago pater: q2 audiſti me. Ego vero ſciebā q2 ſemper me audis: ſꝫ ꝓpter iſtos dico: vt ſciāt q2 tu me miſiſti. Aſpice ipm̄ orantē ſic: ꝛ cōſidera zelū eius ad ſalutē animarꝫ. Deinde clamauit dicens. Lazare veni foras. Et ſtatī reuixit ꝛ exijt foras: ligatꝰ tn̄ ſicut fuerat ſepultus. Diſcipuli v̄o ad dn̄i preceptū ſoluerunt eum: qui ſolutus ipſe et ſorores ſue genua flectentes grās egerunt ei de tāto beneficio: ꝛ duxerunt eum ad domū ſuam. Stupebant autē qui ibi fuerāt et viderant: et diuulgatū eſt hoc miraculum: ꝛ multitudo magna de hier'lm ꝛ alijs partibꝰ venerūt ad vidēdū lazarū. Et principes iudeorū ſe cōfuſos videntes de ipſū occidendo cogitauerūt.

## ¶ De maledictione ficus. Matthei.xxi. Cap.lvi.

Quāuis ſm̄ fidē imaginarie maledictio ficꝰ: ꝛ pūtatio adultere in templo fuiſſe credantur poſt aduentū domini in hierl'm ſuper aſellum: q2 tū videtur nil poſt ipſum aduētū meditari: niſi de ſua cena ꝛ paſſione ꝛ earū circūſtantijs. ideo cogitaui iſta duo hic ponere. Cū ergo dn̄s illic vadēs v̄ſus hieruſalē eſuriens vidit ficū ornatā et pulchrā de folijs: eiqꝫ appropinquās non inueniret ficꝰ: maledixit ei. et ſtatī aruit ita vt mirarentur diſcipuli. Conſpice igitur eū ꝛ diſcipulos in predictis iuxta formā gn̄alē predictam. Conſidera etiā q2 hoc myſtici factū ē a dn̄o cum ſciret tp̄s nō eſſe ficuū. Per talem autē arborē virentem folijs: fructibus vero carētem: intelligi poſſunt verboſi loquaces ſine operibꝰ: necnō hypocrite et ſimulatores qui exteriorē apparentiā habentes: vacui ſunt et infructuoſi.

## ¶ De muliere in adulterio deprehenſa. Joh.viij. ca.lvij.

Uigilabant in malicijs ſuis peſſimi principes et pharisei contra dominū ieſum ꝛ ſollicite pertractabāt quomodo eum ꝑ aſtutias ꝛ fallacias vincerent ꝛ notabilem populo redderent. Sed retorquebantur in eos eorum ſagitte. Cū igitur quedam mulier in adulterio dep̄hēſa eſſet

et ſm legē deberet lapidari: adduxerunt eā ad ieſum in tēplo q̄rētes quid de ea faciendū eſſet: quaſi volentes eum ponere in pplexitate vt ſi legē ſeruandā diceret de impietate argueret̃. Si vero miſereri decerneret de iniuſtitia notaretur. Sapiēs autem dn̄s rhetia cognoſcēs et declinare ſciens: inclinauit ſe humiliter ⁊ digito ſcribebat in terra. Et vt dicit Criſoſt. Scribebat pctā eorū: erat illa ſcriptura tante virtutis ⁊ auctoritatis ꝙ quilibꝫ eoꝝ cognoſcebat peccata ſua. Dn̄s autem ſe erigēs dixit. Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in eam lapidē mittat. Et iterum ſe inclinabat curialis dn̄s: etiā emulis ſuis ⁊ aduerſarijs ne ſcꝫ verecūdarentur. Et ſic omnes illi receſſerūt ⁊ euanuerūt ab oculis eius. Mulierem autē admonitam ne amplius peccaret: licētiauit. Conſpice igit̃ bene ipm̄ in omnibus p̄dictis verbis et factis.

## ¶ De conſpiratione iudeorum cōtra dn̄m et de fuga ei⁹. Johannis. xj. Cap. lviij.

Appropinquāte autē tēpore quo dn̄s ieſus diſpoſuerat nr̄am redemptionē per effuſionem ſui ſanguinis operari armauit diabolus ſatellites ſuos: et acuit eorū corda cōtra ipſum dn̄m vſq ad occiſionē eius: et ex bonis operibus (maxime ppter reſuſcitationē lazari) magis ac magis accendebant̃ tanꝙ magna inuidia tabeſcentes. Non volentes ergo furorē ſuum ꝑtelare: collegerunt pontifices ⁊ phariſei cōſiliū in quo Cayphas ꝓphetauit deliberando ipſum agnū innocentiſſimum occidere. O prauū conſiliū O peſſimi duces populi: et conſiliarij nequiſſimi: quid agitis? Miſeri quid vos tantus furor exagitat? Que eſt hec ordinatio? Ad propoſitum? Que cauſa occiſionis dn̄i dei noſtri? Nōne ipſe i medio vr̄i eſt quē tū neſcitis et intelligit om̄ia v̓ba veſtra ⁊ ſcrutatur renes et corda? Sed ſic fieri opꝫ vt deliberaſtis: qꝛ pr̄ ſu⁹ tradidit eū in manib⁹ vr̄is: ac per vos occidet̃ Ipſe quidē morief̃ ⁊ reſurget vt ſaluet populū ſuū. Diuulgatū eſt autē conſiliū iſtud et ſapiens dn̄s volens locū dare ire: ⁊ qꝛ nondum erant om̄ia cōpleta abijt in regionē iuxta deſertū in ciuitatē effrē. et ſic fugit humilis dn̄s locū ante faciem nequiſſimorū ſeruoꝝ. Cogita nephandos in ſuo cōſilio peſſimo eſtuantes. Quid tūc putas magdalenā dixiſſe? ſed q̄lis erat anim⁹ mr̄is dn̄i ieſu cum ſic eū recedere videbat? qꝛ iudei volebant eum occidere. Potes hic meditari dn̄am et ſorores eius tūc remāſiſſe cum magdalena: et dominū ieſum om̄es eas conſolatum fuiſſe de ſua reuerſione.

## Quomodo domin⁹ ieſus redijt bethaniā vbi magdalena vnxit pedes ei⁹ ⁊ caput vnguēto precioſo. Matth. xxvj. Marci. xiiij. Johannis. xij. Cap. lix.

Sicut ex ſuperiorib⁹ patet ꝙ dn̄s ieſus ad noſtram inſtructionē fugiendo vſus eſt prudētia oſtendens ꝙ loco ⁊ tempore furorē perſequētiū q̄nꝙ declinare debem⁹: ita nūc fortitudine vtit̃: qꝛ tp̄e debito imminēte ſpōte redijt vt ſe offerat paſſioni: ⁊ ſe in man⁹ perſeq̄ntiū traderet: ſic aliquādo fuit vſus tēperātia fugiens honorē quādo turbe voluerunt eū facere regem. Et econtra tūc iuſtitia vſus fuit qn̄ voluit vt rex honorari qn̄ ppl̄s cum ramis palmarū occurrit ei ſatis honeſte honorē voluit. Ideo aſellā aſcen-

diſtū vt refert Ber. in ſmone dici oli-
uarū. Illis & quattuor virtutib⁹
ſcʒ prudētia/fortitudine/tēperan-
tia/iuſtitia: vſus eſt dñs ꝟtutū ad
nrām iſtructionē. Redijt aūt dñs
die ſabbati ante diem oliuarū ſeu
palmarꝫ bethaniā q̄ eſt ꝓpe hieru-
ſalē ad duo miliaria: ⁊ ibi fecerūt
ei cenā in domo ſymonis leproſi:
ibiqꝫ fuerūt maria ⁊ martha ⁊ la-
zarus. Erāt forte ⁊ cōſanguinei ⁊
multi domeſtici eiuſdē ſymonis.
Tunc maria fudit ſuꝑ caput eius
librā vnguēti ꝑcioſi: ⁊ ex eo vnxit
ſibi caput ⁊ pedes. Et qd alia vice
fertur eadē feciſſe ex contritione:
nunc fecit ex deuotiōe. diligebat
eni eū ſuꝑ oia: et de obſequendo ei
nō poterat ſatiari. Sʒ de hoc mur
murat iudas ꝓditor. ꝓ qua dñs ie
ſus rñdit ⁊ eā more ſolito defēdit
tū ꝓditor indignat⁹ remāſit ⁊ inde
ꝓditiōis occaſionē ſumpſit: ⁊ die
mercuri ſeqnti pro triginta argen
teis tradidit et vēdidit. Aſpice eū
cenantē cū iſtis amicis ſuis: ⁊ con
uerſantē cū eis illis paucis dieb⁹
ſcʒ vſqꝫ ad paſſionē ſuā. Amplius
autem in domo lazari. Dom⁹ eni
eius ⁊ ſororis erat ſuū refugiū ſpe
ciale. Ibi comedebat et dormie-
bat cū diſcipl'is ſuis. Ibi ⁊ mater
eius dña nra cū ſuis ſororib⁹ quie
ſcebat. Multū honorabāt eā oēs
et maxime magdalena ſemꝑ eam
aſſociando ⁊ ab ea nō recedendo.
Cogita qūo mater dñi ſtat ſollici-
ta de dilectiſſimo filio ſuo nec ab
illo ſe vllo tēpe ſeparabat. Et cum
dñs magdalenā defēderet. Dixit
Mittēs hoc vnguentū in corpus
meū ad ſepeliēdū me fecit. An nō
credis ꝙ huius verbi gladius ani
mam mris ptranſiret? Quid eni
de ſua morte poterat expreſſi⁹ di-
cere? Sliter oēs alij ſtabāt pter
riti. et anxij cogitationibus pleni
colloquentes adinuicē vnus cum
altero hinc inde de materia eorū
que tunc dure et aſpere tractari ti
mebant ⁊ maxime quādo ibant in
hieruſalē qd faciebāt qualibʒ die.
Multa eni ab iſta die ſabbati vſqꝫ
ad diem cene locut⁹ eſt iudeis et
operat⁹ palam in hieruſalē de qui
bus non intendo loqui niſi de ad-
uentu ſuper aſellum ne meditatio
paſſionis eius impediať. ſum⁹ eni
in ianuis paſſionis: vnde totū tuū
collige ſpiritum ne ſis ad alia di-
ſtractus vt tam ad myſteria q̄ pre
cedunt: qꝫ ad ipſam paſſionē mēte
vacua ⁊ valde peruigili poſſis in-
tendere ⁊ interim libēter in betha
nia cōuerſare cū predictis.

## De aduentu dñi in hie- ruſalem ſuꝑ aſellū. Matthei. xxi. Marci. xi. Luce. xix. Johan. xii.

Capitulum. lx.

FReqntabatur miniſte-
ria implebanť ſcpture
per dñm ieſum appro
pinquāte tpe quo zela
bat remediū mūdo cō
ferre ꝑ proprij corporis paſſionē.
Igiť die ſeqnti ſūmo mane. ſ. die
dñica parauit ſe ad eundū in hie-
ruſalē nouo et inſueto modo ſicut
fuerat ꝓphetatū. Cūqꝫ pgere vel-
let mater pro affectu retinebat eū
dicens. Fili mi q̄ vis ire? Tu ſcis
conſpirationē iudeorū cōtra te fa-
ctam: quomodo vadis inter eos?
rogo te non vadas. Similiter di-
ſcipl'is ⁊ alijs videbať intolerabi-
le ꝙ ibat: ⁊ vt poterant retinebant
eum. Dicebat magdalena. Magi-
ſter non eatis pro deo: vos ſcitis
iudei deſiderant mortem veſtram.
Si vos eatis in manus eorum ho
die: vos capient ⁊ habebunt inten
tum ſuum. O deus quomō dilige
bant eū et quomodo erat eis ama
rum ſi quis lederet ipm. Ipſe ta-
men qui ſalutē omniū ſitiebat: re-
ſpondebat eis. Voluntas pr̄is mei
eſt vt vadā nō timeatis: qꝛ ipſe nos

defendet: ⁊ hoc ſero huc illeſi redi-
bimus. Cepit igiť ire: et illa parua
comitiua (ſed fidelis) ſecuta eſt eū
Cūq₃ veniſſet bethfage ſcʒ viculū
quendā in medio itiner; miſit du-
os diſcipl'os in hieruſalē vt addu-
cerent aſinā et pullū eius alliga-
tos ī loco publico ⁊ ad miniſteriū
pauperū deputatos. Quo facto
dn̄s primo ſup aſinam ⁊ parū poſt
ſup pullum aſcendit hūiliter ſup
quos diſcipuli veſtimēta poſuerit
et ſic eqtabat dn̄s mūdi. Et ꝗuis
iuſtiſſimū eſſet eum honorari tn̄ tē
pore honoris dn̄s mundi talibus
dextrarijs vſus eſt. Cogita q̄liter
in hoc vituperauit pōpam mūdi.
Nō eni fuerūt hec aīalia frenis et
ſellis deauratis ornata: more ſtul-
titie mundi: ſed vilib⁹ pānis ⁊ duo-
bus funiculis tn̄ non eſt rex mūdi.
Turbe aūt hoc ſciuerūt ⁊ exierūt
obuiā ei: ⁊ cū vt regem cū hymnis
et cāticis: cū veſtimentoꝝ ſuorum
expāſione et ramorū arborum fra-
ctione et letitia magna ſuſceperūt.
Immiſcuit aūt cū iſta letitia fletū
Nā cum eſſet ꝓpe hierl'em fleuit
Lu. xix. ſup illam dicens. Q; ſi cognouiſ-
ſes et tu ⁊c. Et debes ſcire ꝙ trib⁹
vicibus legim⁹ deū fleuiſſe. Prio
de morte lazari ſcʒ humanā miſe-
riam. Scdo hic ſcʒ humanā ceci-
tatem ⁊ ignorantiā. Tertio in paſ-
ſione ſua ſcʒ humanā culpā ⁊ mali-
ciam: qꝛ videbat ꝙ ſua paſſio ꝑ om-
nibus ſufficiebat: ſed nō oībus ꝓ-
ficiebat qꝛ nec reprobis: nec duris
corde: nec impenitētib⁹. De hac la-
Heb. v. chrymatione dı̄ ad hebreos. Cum
clamore valido ⁊ lachrymis ſe offe-
rens exaudit⁹ eſt ꝓ ſua reuerētia.
De tribus his vicib⁹ habeť in tex-
tu: ſed alibi tꝫ eccleſia ꝙ fleuit. ſ. in-
fantul⁹. Unde cantat. Uagit in-
fans inter arta poſit⁹ pſepia. Qd
fecit vt myſteriū incarnatiōis dia-
bolo celaretur. Cogita ipſum flen-
tem qui flere deberes cum eo, flet
enim fortiter ⁊ largiter qꝛ nō ſimu-
late: ſed ꝟe dolebat de ipis. vñ cor-
de amaro flebat eorum periculū
eternale. Predixit etiā eoꝝ exci-
dium tpale. Aſpice diſcipulos ꝙ
diligēter vadūt iuxta eum cū me-
tu et reuerētia. Ipi ſunt comites
⁊ barones ſui. Aſpice ⁊ mřem ſeqn-
tem cū alijs feīab⁹ ſeqntib⁹: eiq₃
miniſtrantib⁹. Nec debes credere
ꝙ ipſo flente potuerūt lachrīas cō-
tinere. Intrauit ḡ dn̄s ieſus cum
iſto triūpho ⁊ honore turbaꝝ in ci-
uitate de q̄ tota ciuitas eſt ꝯmota
Uenit aūt ad templū et eiecit ven-
dentes ⁊ ementes. Et hec fuit ſe-
cunda eiectio: ⁊ ſtetit dn̄s ieſus in
templo pdicās publice pplo: et re-
ſpōdens pncipib⁹ ⁊ phariſeis vſq₃
in ſero. Et lʒ hic fuiſſet honorat⁹
illa die nō fuit qui eū inuitaret ad
prandium. Tota igiť die ipſe ⁊ ſui
ieiunauerūt: ⁊ ſero cum eis betha-
niam redijt. Cogita ꝙ hūiliter va-
dit cū illis per ciuitatē q̄ ſic mane
honorifice venerat. Uñ potes cō-
ſiderare ꝙ parū curandum eſt de
honore mūdano q̄ breuiter termi-
natur. Conſidera etiā qūo magda-
lena et oēs alij gaudebāt qñ hono-
rabať a turbis et marie cū betha-
niam redierunt illeſi.

## Quō dn̄s ieſus mortem ſuam predixit mřı. Cap. lx.

Hic pōt interponi me-
ditatio valde pulchra
de q̄ tn̄ ſcptura nō lo-
quiť. Cenāte nāq₃ do-
mino ieſu die mercu-
rij in domo marie ⁊ marthe ⁊ mře
eius ⁊ alia parte dom⁹ cum mulie-
ribus magdalena miniſtrans ro-
gabat dominū dicens. Magiſter
ſitis memor vt faciatis hic paſcha
nobiſcū. Rogo vos ne negetis hoc
mihi. Quo nō acqeſcente ⁊ dicen-
te ꝙ ī hieruſalē faceret paſcha: illa
recedit cū lachrymis: ⁊ vadit ad

matrem rogās eam vt illa cū ipſo ibi paſcha teneat. Cena igiť facta venit dñs ad mrēm: et ſedet cū ea ſeorſum loquēs cū ea: copiam ſue preſentie pbens quā in breui ſubſtractur⁹ erat ab ea. Aſpice q̄ reuerenter dña ſuſcipit eū. ⁊ cum eo affectuoſe moratur ⁊ q̄ reuerēter ipſe ſe habet ad ipſam. Tunc illis colloquentib⁹ magdalena venit ⁊ poſuit ſe ad pedes eorū dicēs. Domina ego inuitabā magrm vt hic paſcha faceret: ſed vult ire in hieruſalē rogo vos ne pmittatis ipm ire. Ad quē mr. Fili mi: rogo te nō ſic fiat: ſed hic facias paſcha. Sciens eni q̄ inſidie ad te capiendum parate ſunt ⁊ ordinate. Et dñs ad eam. Mater mea volūtas patris mei eſt vt ibi faciā paſcha: q: tēp⁹ redēptionis venit: modo implebūtur oīa q̄ de me ſcripta ſunt: ⁊ facient de me quicqd volent. At illa cum ingenti dolore vt audiuit (intelligēs bene q̄ de morte ſua loqretur) dixit ei mater vix valēs verba cōcepta proferre. Fili mi tota concuſſa ſum ad vocē iſtam ⁊ cor meū dereliqt me. Prouideas pater q: neſcio quid dicā. Nolo ſibi ptradicere: ſed ſi placeret ſibi rogo eū q̄ differat ad pñs: ⁊ faciamus hic paſcha cū iſtis amicis noſtris. Si vero ſibi placet poterit puidere de alio mō redēptiōis ſine morte ſua: oīa eni poſſibilia ſūt ei. O ſi videres inter hec verba dñam plorantē modeſte: et magdalenā q̄ſi ebriā de magro ſuo largiter ⁊ magnis ſingultib⁹ flentē: forte nec tu poſſes lachrymas cōtinere. Cōſidera in q̄ ſtatu eſſe poterat qn talia tractabanť. Dixit ḡ dñs blāde cōſolans eas. Nolite flere. Scitis eni q̄ obediētiā pr̄is oportet ipleri: ſed pro certo cōfidite: q: cito reuertar ad vos: ⁊ tertia die reſurgā incolumis. In mōte ergo ſyon ſm voluntatē pr̄is faciā paſcha: qui mons eſt in hieruſalē. Dixit autē magdalena. Cū hic nō poſſū tenere. Sim⁹ ergo ⁊ nos in domo nr̄a de hieruſalē: ſed credo q̄ nunq̄ habui paſcha ita amarū. Acqeuit dominus ieſus vt ipſe in dicta domo faceret paſcha.

## ¶ De cena domini ieſu.

Matth. xxvj. Marci. xiiij. Luce xxij. Johannis. xiij. Cap. lxj.

Aduenientē iam tēpore ⁊ iminente miſerationum ⁊ miarū dñi quo diſpoſuerat ſaluā facere plebē ſuam ⁊ eā redimere: nō auro neq̄ argēto. ſed pcioſo ſanguine ſuo voluit cenam cū diſcipulis notabilē facere anteq̄ ab eis per mortē diſcederet: in ſignū memoriale recordatiōis: et vt impleret myſteria q̄ reſtabāt Fuit aūt hec cena magnifica valde ⁊ ea q̄ fecit ibi dñs ieſus. Ad q̄ intuenda cum intētione ſumma te preſētem exhibe: q: ſi hoc digne ⁊ vigilanter feceris nō patieť te dominus cum alijs redire ieiunum. Circa iſtā cenā ſunt quattuor pñcipaliter attendēda q̄ ibi notabiliter facta fuerunt q̄ occurrunt meditanda ſcʒ corporalis cenatio: pedum diſcipulorū per dñm ieſum ablutio. ſacramēti ſui ſacratiſſimi corporis ⁊ ſanguinis iſtitutio: pulcherrimi ſermonis per ipm cōpoſitio. Circa primū attende q̄ petr⁹ ⁊ iohānes iuerūt de iuſſu dñi ad q̄rendū amicū ſuū in mōte ſyon vbi erat cenaculū grande ſtratum ad prandiū. Sed ⁊ dñs ieſus cū alijs diſcipl'is die iouis aduesperaſcente iam die ciuitatē intrauit: et ad locū ipm iuit. Aſpice ipm ſtantem in aliqua parte dom⁹ et loquētem cum eis ſalubria. Legi in legēda beati marcialis: q̄ ipſe cū aliquib⁹ de ſeptuaginta fuit ipo ſero ad miniſtrandū eidem ieſu ⁊ duodecim

recūbentib⁹: ſed et aquā portauit dn̄o ieſu quādo lauit pedes diſcipulorū. Cum aūt eſſent om̄ia in cenaculo parata: dilectiſſim⁹ iohannes qui ſollicite ibat ad iuuādū in prefata preparatione venit ad dn̄m ieſum dicēs. Dn̄e vos poteſtis cenare qn̄ placet: qꝛ parata ſunt omnia. Aſpice attēte que dicuntur et fiunt qꝛ miſterioſa ſunt valde: nec abbreuianda: ſed dilatāda ſicut cetera facta dn̄i ieſu. In hoc enī eſt maxima res meditationū oīm de ipſo: ſed iſti⁹ magis ꝓpter ardua amoris inſignia q̄ in hac cena fuerunt. Surgit igiť dn̄s ieſus et diſcipuli eius cū eo. Iohānes vero lateri eius ſe iūgens ab eo ſe deinceps nō ſeparauit. Nullus ei ſic fideliter adheſit vt iohānes. Nā cū captus fuit ſecut⁹ eſt eum in atriū ꝑncipis ſacerdotū: nec in crucifixione: nec in morte/nec poſt mortē dimiſit eum quouſq; fuit in ſepulchro. In hac aūt cena iuxta eū ſedit: lz eſſet iunior alijs. Intrant ğ cenaculū/lauāt man⁹ ꝛ circūſtantes benedicūt mēſam. Scire autē debes ꝙ ipſa mēſa erat in terra: et more antiquoꝝ ſederūt in terrā ad cenam. Erat aūt (vt crediť) quadra de pluribꝰ tabulis quā ego vidi rome in eccl'ia lateranēſi ꝛ eā menſuraui. Eſt aūt in vno quadro duoꝝ brachioꝝ ꝛ palmi vel circa: ita ꝙ lz arte tres diſcipli (vt crediť) ſedebant in qlibet quadro: ꝛ dn̄s in aliquo angulo: ita ꝙ oēs in vno catino comedebāt. ꝓpter hoc dixit do

Matth. xxvi. et Marci. xiiij. min⁹ ieſus: q̄ intingit mecū manū in catino hic me tradet qꝛ oēs ītingebāt. Benedictiōe igiť pfecta p dexterā dei ſedet circa menſam iohāne ſedēte circa dn̄m ieſum. Sz attēde ꝙ dupliciter potes hoc meditari. Uno modo ꝙ ſedeant ſicut dixi. Alio modo vt ſtent recti cum baculis in manibus comedentes agnum cū lactucis agreſtib⁹: et alia obſeruantes que in lege ſeruabantur: dūmodo poſtea ſedeāt ad aliquid aliud manducandū: vt ex pluribus locis colligiť. Nā nec iohannes ſupra pect⁹ dn̄i niſi ſedendo potuiſſet recūbere. Delato igiť agno paſchali aſſato accepit eum verus ꝛ immaculat⁹ agnus dn̄s ieſus qui erat in medio eoꝝ ſicut qui miniſtrat: ſcindit eū in fruſta: diſcipulis alacriter porrigit: ꝛ ad comedendū confortat. Ipſi vero comedebant ſed alacriter non capiebant: ſemꝑ pauidi ne nouitas contra dn̄m fieret. Cenantib⁹ aūt eis patefecit factū apertius ꝛ inter alia dixit. Deſiderio deſidera- Luce xxij.
ui hoc paſcha vobiſcū manducare anteq̄ patiar vnus aūt veſtrū me traditurus eſt. Hec vox in corda eorum tanq̄ gladius intrauit et comedere ceſſauerūt aſpicientes ſeipſos et dicentes. Nunquid ego ſum rabi? Cogita in quāto dolore poſiti ſunt auditis ỽbis iſtis. Ille autem ꝓditor ne viderentur hec ỽba pertinere ad eum: comedere non ceſſauit. Iohānes autē ſtupefact⁹ ꝛ cordialiter gladiat⁹ verſus eū ſe īclinauit: et ſuꝑ pect⁹ eius recubuit. Petro aūt dn̄s nō dixit quia vt dicit Augu. Si illū ꝓditorē ſciuiſſet dentib⁹ deſtruxiſſet. Sz per petrū figurať actiui per iohannē contēplatiui. Un̄ habes hic argumentū ꝙ ꝯtemplatiuus nō intromittit ſe de extrinſecis operib⁹: de ipſiſq; offenſis dei vindictam nō expetit: ſed interius gemens per orōnem ad deū ſe conuertit: ꝛ forti⁹ ei per cōtemplationem proximās: eiq; adherēs oīa ſue diſpoſitioni ꝯmittit. Et de tꝑe vocatiōis intellige cum habet copiā ſponſi aīa. Aliquādo aūt ꝯtēplatiuus ex zelo dei ꝛ aīaꝝ exteri⁹ exit ad proximū vt dicunt ſancti. Hic habes ꝙ nec iohānes dixit petro: licet ad nutū queſiſſet. Un̄ potes

collígere q̄ cōtēplatiu⁹ secretum dei reuelare non debet. Vñ legit de beato francisco q̄ reuelationes occultas nō diuulgabat exterius nisi q̄tū fraterne salutis zelus vrgebat: vel supne reuelatiōis dictabat instinctus. Aspice dn̄i benignitatem qualiter dilectū suū supra pectus retinet. O q̄ tenerrime se adinuicē diligebāt. Cogita discipulos tristes ad vocē dn̄i: nec comedentes seinuicē aspiciētes: ⁊ super his consiliū cape nescientes.

¶ Circa scd̄m diligenter attende His enī sic se habētibus surgit dominus a cena: surgūt et discipuli ignorantes quo ire vellet. Ipse x̄o descendit cū eis in aliū locum inferius in eadē domo: vt dicūt qui locum viderūt: et ibi oēs fecit sedere: aquā sibi iubet afferri: ponit vestimenta sua: lintheo se precinxit: aquam misit in peluim lapideā vt lauaret pedes eoꝝ. Recusat petr⁹ sed audita xp̄i cōminatione sapiēter mutat consiliū in meli⁹. Inclinat se summa maiestas ⁊ magistra humilitatis vsq̄ ad pedes piscatoris. Stat curu⁹ et flexis genib⁹ coram ipsis sedentib⁹: lauat proprijs manibus et tergit et osculat̄ oīm pedes. Sed ⁊ illud superaltat humilitatē: q2 ⁊ ꝓditori eadē prebet officia. O q̄ benigna est tanta benignitas ⁊ humilitatis ꝓfunditas. Hoc cōpleto mysterio redijt ad locum cene ⁊ iterū recūbens eos ad suum exemplū imitandū cōfortat ¶ Potes meditari q̄ dn̄s iesus exēplum dedit nobis in isto sero q̄nq̄ magnarū virtutū. Primū humilitatis lauando pedes. Scd̄m charitatis in sacramēto sui corporis ⁊ sermone q̄ est monitis charitatis plen⁹. Tertiū patientie sustinēdo proditorē ⁊ opprobria multa quādo fuit captus ⁊ ductus vt latro. Quartū obediētie: eūdo ad mortem ⁊ passionē ex obedientia patris. Quintū orōnis: orando trib⁹ vicibus in horto. In his ergo x̄tutibus eū imitari conemur. ¶ Tertio circa tertiū meditando obstupescite illā dignissimā charitatem qua se nobis tradidit et reliquit se ipsum in cibū. Cū g̃ dn̄s lotis pedibus discipulorū iterū recubuisset volēs finē dare legalib⁹ sacrificijs et nouū incipe testimoniū seipsum veꝝ sacrificiū dedit ⁊ accipiēs panem ⁊ oculos leuās ad p̄rem cōsecit altissimū sacramentū corporis sui. Et dans discipl'is dixit. Hoc est corpus meū qđ pro vobis tradet̄. Sil'r ⁊ calicē. Hic ē sanguis meus q̄ pro vobis fundet̄. Et proprijs manib⁹ cōicauit dilectam familiā suā: et in amoris recordationem subiunxit. Hoc facite in meā cōmemorationē. Hoc est mēorale qđ aīam facit deo gratā: cum suscipit digne manducādo. Hec fidelit̄ meditare: ⁊ toto diuini amoris igne inebriare: ⁊ in ip̄m dn̄m iesum pre amoris ⁊ deuotionis vehemētia totalr̄ transformare. Nihil enī mai⁹/ chari⁹/ dulci⁹/ vtili⁹/ nobis relinquere potuit q̄ seip̄m. Ipse nāq̄ quē in sacramēto altaris sumim⁹ ille idē est q̄ est ex virgine incarnat⁹ ⁊ mirabil'r natus: qui pro nobis mortē sustinuit: qui surgens gloriose ⁊ ascēdens sedet a dextris dei: ipse q̄ creauit celū ⁊ terrā ⁊ omnia qui potest nobis dare vitam et mortem: paradisum et infernū.

Matth. xxvj. Marci. xiiij. ⁊ luce. xxij.

¶ Circa quartum vero ad oēm cumulū superfluentē attēde alia dilectionis insignia. Fecit enī eis sermonē pulcherrimū: plenum igniti carbonib⁹ dilectiōis. Cōicat⁹ aūt discipl'is ⁊ iuda pessimo: licz in cōione non fuerit p̄ maliquos dixit ipi iude dn̄s iesus. qđ facis fac citi⁹. Ille aūt infelix iuit ad p̄ncipes sacerdotū: qb⁹ eū die p̄cedēti vēdiderat triginta argēteis: et petijt ab eis cohortē ad ipsum

Johan. xiij.

capiendum. Interim autē dn̄s ie-
ſus fecit diſcipulis dictū ſermonē
ex cuius ornatu vtili ꝛ veneranda
magnitudine q̄nq; pncipaliter me
ditanda aſſume. Primo qualiter
predicens eis diſceſſum ſuū con-
Johan. xiiij. fortat eos. Dicebat enī adhuc mo
dicū vobiſcū ſum: ſed nō derelin-
quam vos orphanos: vado et ve-
nio ad vos et gaudebit cor veſtrū.
Hec et his ſilia q̄ ſuccincte trāſco
dicebat eis q̄ corda eorū totaliter
penetrabant. Non enī de receſſu
ſuo poterāt aliq̄d pacifice tolera-
re. Secūdo circa ſermonē medite
ris qualiter cordialiter ꝛ inſtāter
inſtruxit eos de charitate dicens
Ibidem pluribus vicib⁹. Hoc eſt manda-
tum meum vt diligatis inuicē. Et
his ſimilia q̄ poteris in euangelio
legere. Tertio circa ſermonē medi
teris q̄liter monuit eos ad obſer-
Johan. xiiij. uantiā mandatorū ſuorū. Si dili-
gitis (inquit) me mādata mea ſer-
uate. ꝛ ſi precepta mea ſeruaueri-
tis: manebitis in dilectōe mea ꝛ ſi-
milia. Quarto circa ſermonē co-
gita qualiter dat eis cōfidentiam
cōtra tribulatiōes q̄s eis p̄dixit ve
Johan. xvj. turas eſſe. In mūdo (inq̄t) p̄ſſurā
habebitis: in me aūt pacem: ſ; con
fidite. ego vici mundū. Et iterū ſi
mund⁹ vos odit: ſcitote q: ꝛc̄. Itē
Mund⁹ aūt gaudebit vos aūt cō-
triſtabimini: ſed triſtitia veſtra ver
tetur in gaudiū et ſilia. Quinto q̄li
ter ieſus aſpiciēs in celū cōuertit
Johan. xvij. ſe ad patrē dicēs. Pater ſerua eos
quos dediſti mihi. Cum eſſem cū
eis: ego ſeruabā ꝛc̄. Mirum certe
quomō diſcipuli qui tam vehemē
ter dn̄m ſuū amabant hec ꝟba ſu-
ſtinere potuerunt. Si ergo que in
hoc ſermone dicta ſunt attēte di-
ſcuſſeris ꝛ meditādo rumiaueris
diligēter in eorū dulcedine requie
ſcens: merito inardeſcere poteris
in tantā dignatiōnē/ benignitatē/
prouidentiā/ diligentiā/ ꝛ charita
tem: et alia que per eū hoc ſero ge
ſta ſunt. Aſpice q̄ efficaciter/ de-
uote et delectabiliter loquens im-
primit diſcipulis q̄ narrat in ame-
nitate verbor̄ ei⁹ ſpūs. Cogita q̄li
ter diſcipuli ſtant meſti ꝛ capitib⁹
inclinatis. lachrimātes: ꝛ ſuſpiran
tes. Sunt enī pleni triſtitia vſq; ad
ſummū: vnde ipſe teſtimoniū phi-
buit dicens. S; q: hec dixi vobis Johan. xvj.
triſtitia implebit cor veſtrū. Inter
alios aūt aſpice Johānem ei fami
liariter coherētē: q̄ attente ꝛ dili-
genter aſpicit dilectū ſuū ꝛ anxia-
tur. oīa enī ꝟba recolit. Nam ipē
ſcribēs ſolūmō ea nobis tradidit.
Inter alia quoq; eis dixit. Surgi Johan. xiiij.
te eam⁹ hinc. O q̄tus pauor tūc
in eos intrauit: neſcientes quo ire
deberent: de eius ſeparatiōe pluri
mū formidātes. Poſtea loquut⁹
eſt eis cōplendo ſermonē eundo ꝑ
viam multa edificatoria ꝟba. Tā-
dem cōpletis myſterijs vadit cū
eis in hortū trans torrentē cedron
et ibi ſuū proditorē ꝛ armatos cō-
tra eū iudeos expectat. Que aūt
ſequunt̄ ſpectant ad paſſionē que
oīa ibi reſeruamus.

## De paſſione dn̄i ieſu in gn̄ali. Matthei. xxvj. et. xxvij. Marci. xiiij. Luce. xxij. ꝛ. xxiij. Johannis. xviij. ꝛ. xix. Cap. lxij.

Occurrit vt de paſſio-
ne dn̄i ieſu nunc tra-
ctem⁹. Qui ꝗ in paſ-
ſione ieſu gl'iari deſi-
derat: ſedula intētio-
ne debet in ea inſiſtere. Nā multa
perſcrutanti eam pn̄t occurrere in-
ſperate que ſibi preſagia ꝛ partici-
pia gl'ie videbūtur. Te ergo hor-
tor: vt q̄ ſingularit' attēdiſti p̄miſ-
ſa q̄ de ipſi⁹ vita dicta ſunt hic in-
to vigilātius totā apponas aīam
et virtutem vt affectuoſe diligen-
ter et moroſe ac pſeueranter: nō ꝑ
ſaltus aut attediat⁹ mediteris in

ea: qꝛ hic apparet maxima ei⁹ charitas que corda noſtra taliter concremare deberet. Cūcta ꝓo cū ſolita modificatiōe accipe que ſic pie meditari poſſunt vt narrabo. Nō em̄ in opuſculo aliquid affirmare intendo qđ non ꝑ ſctām ſcripturā/ per dicta ſctōꝝ/ per opiniones probatas affirmet. Videt autē mihi poſſe non incōgrue dici ꝙ non ſolum illa penalis ⁊ moꝛtalis crucifixio dn̄i ieſu/ ſed etiā que preceſſerūt ſunt vehemētiſſime cōpaſſiōis amaritudinis et ſtupoꝛis. Quid em̄ eſt cogitare ꝙ dn̄s noſter ſup oīa de⁹ benedict⁹ ab hoꝛa qua nocte capt⁹ fuit vſq ad ſextā ſue crucifixiōis hoꝛā fuit i bello cōtinuo/ doloꝛib⁹ magnis/ opprobrijs illuſionibus ⁊ toꝛmentis. Non em̄ ſibi dabat vel modica requies. Sed in quali bello ⁊ cōflictu: audi ⁊ vide. Alius em̄ apprehēdit: alius ligat: alius inſurgit in eū: ali⁹ exclamat: ali⁹ impellit: ali⁹ blaſphemat: alius expuit i eū: ali⁹ circūuoluit: alius interrogat: ali⁹ cōtra eū falſos teſtes querit: ali⁹ querētes aſſociat: ali⁹ cōtra eū falſum teſtimonium dicit: alius accuſat: ali⁹ illudit: ali⁹ oculos velat: ali⁹ faciē cedit: ali⁹ colaphiſat: ali⁹ ad colūnā eū ducit: ali⁹ dum ducit percutit: alius expoliat: ali⁹ vociferat: ali⁹ inſultat in eū: ali⁹ ad verādum ſuſcipit: alius ad colūnā ligat: alius in eū impetū facit: ali⁹ eū in cōtumeliam purpura veſtit: ali⁹ eū ſpinis coꝛonat: ali⁹ arūdinem i manu eius ponit: alius furibūde eū accipit vt ſpinoſum caput percutiat: alius deriſoꝛie genuflectit: ali⁹ vt regē ſalutat. Hec et his ſilia multa non ſolū alius ſed ⁊ alij plurimi intulerūt. Deducitur ⁊ reducitur ſpernitur/ reprobat/ voluit/ circūfertur huc illuc quaſi ſtult⁹ et imbecillis: ſed ⁊ tāq latro ⁊ impijſſimus malefactoꝛ modo ad annam: modo ad caypha: modo ad pylatum. Et ibidē modo intus/ modo foꝛis inducit et reducit. Item ad herodem ab eo veſte alba indutus et illuſus: ⁊ ſic remittit ad pylatū. De⁹ me⁹ qđ eſt hoc. Nōne tibi videtur duriſſimū ⁊ amariſſimū bellum? Sed expecta parūper ⁊ duriora videbis: qꝛ ſtāt ꝯtra eū minaciter ⁊ cōſtāter pꝛīcipes ⁊ ſenioꝛes pplī: et milia pplī: et clamabāt vt crucifigat. Cōſentit a iudice ⁊ ſententia dat vt crucifigat. Crux humeris ſuis fractis apponit in qua crucifigat. Concurrūt vndiq ciues ⁊ aduene: maioꝛes ⁊ minoꝛes: ribaldi ⁊ iniqui pctōꝛes: non ad cōpatiēdū ſed irridēdū. Non eſt qui eū cognoſcat: ſz luto ⁊ immūdicijs eū impetūt ⁊ affligūt. Et dū ignominiā ſuā poꝛtat fact⁹ eſt in parabolam. Contra eū loqbātur q ſedebāt i poꝛta: et i eū pſallebāt q bibebāt vinū. Impellit et anxiat, trahitur/ accelerat: et ſic fatigat⁹ et macerat⁹/ flagellat⁹ et opprobrijs laceſſit⁹: et vſq ad ſummū laceratus: non ſinit quieſcere nec eſſe in ocio: vix pōt refocillare ſpm̄ quſq ꝑuētū eſt ad caluarie locū vndiq immūdiſſimū. Et hec oīa cū impetu ⁊ furoꝛe fecerūt. In ipo aūt loco finis et quies bello de q tractamus ipoīt. Sed q eſt illa quies? Crucifixio eſt: lect⁹ doloꝛoſus eſt. Ecce qualis quies aſperioꝛ bello. Vides ḡ qūo vſq ad hoꝛā nonam ꝑpeſſus eſt longū durū et ꝯtinuū bellū. Vere intrauerūt aque vſq ad aīam ſuā: et vere circūdederūt eum canes multi terribiles ⁊ feroces: et vere cōſiliū malignātiū obſedit eū: q vt gladiū biſacutū acuerunt eū et linguas ⁊ man⁹. Ex his igit que dicta ſunt expedita videtur q de paſſione dn̄i dici poſſunt ſummatim i trib⁹ pꝛimis hoꝛis: ſcꝫ matutinali, pꝛima ⁊ tertia. Sꝫ meditatio paſſiōis i hoꝛa matutinali

Pſalm. lxviij.

non eſt ſic ꝑcurrenda. Non eſt enī
tāta amaritudo ⁊ pena dn̄i noſtri
Ieſu xp̄i ſic leuiter pertractanda.
Nam hec cū quadā gn̄alitate di-
cta ſunt: ſed videm⁹ ſingula dilige̅-
ter. Non enī decet nos tedere illa
cogitare: que dn̄m pro nobis non
teduit tolerare.

## ¶ Meditatio paſſiōis in hora matutinali. Ca. lxiij.

Reaſſume igit̄ medita-
tiões iſtas a principio
paſſionis et ꝓſequere
vſq̧ ad finem: de qui-
bus breuiter tangam.
Tu vero vt placet exercita te in al-
tiorib⁹ vt dn̄s tibi dabit. Attende
igit̄ ad ſingula ac ſi preſens eſſes/
ac cerne eū attēte: cū a cena exiēs
ſermone cōpleto in hortū cū diſci-
pulis vadit: vltio nūc ab eis itine-
re ſociandus: q̄ ſtudioſe/ q̄ ſociali-
ter ⁊ familiariter loquit̄ cū eis/ et
ad orationē hortat̄: quō ipſe puſil-
lum infra iactū lapidis ꝓgrediēs
humiliter poſit⁹ orat patrem. Hic
parūper ſuſtine: et mirabilia dn̄i
tui pia mēte reuolue. Orat nunc
dn̄s ieſus: ſed hacten⁹ legit̄ oraſſe
pluries: ſed pro nobis tūc vt aduo
catus noſter: tūc aūt ꝓ ſe orat. Cō
patere ḡ ſibi ⁊ mirare ꝓfundā hu-
militatē ſuā. Cū enī ſit de⁹ pr̄i ſuo
coetern⁹ et coequalis/ oblit⁹ videt̄
ſe deum eſſe: et orat vt homo: ſtat
quaſi quidē homūculus de ꝑplo
deū orās. Attēde ꝑfectiſſimā obe
diētiā. Quid enī orat? Certe orat
vt non moriat̄ ſi patri ei⁹ placet: et
cū patre habet expedire iſtō nego-
cium: et nō exaudit̄ ſm aliquā vo
lūtatē que erat i eo. Fuit enī i ipo
multiplex volūtas vt dicam: et in
hoc tu cōpatere. Vult ei pater pe
nitus vt moriat̄: et ei q̄uis vnico fi
lio dilecto nō pepercit: ſed ꝓ nob(is)
Roma. oīb⁹ tradidit illū. Sic enī de⁹ dile
viij. xit mūdū vt filiū ſuū vnigenitū da

ret. Dn̄s ieſus hāc obediētiam ſu-
ſcepit ⁊ exequit̄ reuerenter. Vide
etiā idicibilē charitatē circa nos
tam patris q̄ filij cōpaſſiōem: ad-
miratione ⁊ veneratione digniſſi-
mam ꝓ nobis mors inducit̄ et ſu-
ſtinetur ꝓpter nimiā charitatem.
Orat ḡ dn̄s ieſus patrē ꝓlixe: di-
cens. Mi pater clemētiſſime rogo
te vt exaudias orationē meā: et ne
deſpexeris depcationē meā: inten
de mihi ⁊ exaudi me: q2 cōtriſtat⁹
ſum i exercitatiōe mea: et anxiat⁹
eſt i me ſp̄us me⁹: i me turbatū eſt
cor meū. Inclina ad me aurē tuā: Pſal.
et intēde voci deprecationis mee. xxx.
Tibi pater cōplacuit me in mūdū
mittere vt ꝓ iniuria nobis ab hoīe
facta ſatiſfacerē: ⁊ ſtatim cū volui
ſti dixi. Ecce ego vadā. Et tūc in Pſal.
capite libri ſcriptū eſt de me vt fa xxxix.
cerē volūtatē tuā ſicut volui: volū
tatem tuam ⁊ ſalutare tuum dixi.
Pauper ego ſum ⁊ i laborib⁹ a iu-
uentute mea: faciēs volūtatē tuā
et oīa que mādaſti mihi feci: para
tus cōplere que reſtant. Si tn̄ pa-
ter fieri pōt tolle a me tātā amari-
tudinē que mihi parata eſt ab ad-
uerſarijs meis. Vides enī quāta
machinant̄ aduerſum me: et quot
et q̄ta falſa mihi imponūt: ꝓpter
que accipere aīam meā conſiliati
ſunt. Sed pater ſi feci ea: ſi eſt ini-
quitas i manib⁹ meis. Si reddidi Pſal. vij.
retribuētib⁹ mihi mala: decidam
merito ab inimicis meis inanis.
Ego enī que placita ſunt tibi ſem-
per feci. Ipſi vero poſuerūt aduer-
ſum me mala ꝓ bonis et odiū pro
dilectiōe mea: et diſcipulū meum
corruperūt et ſuum ducem ad me
perdēdum fecerūt: et appēderūt
mercedem meā triginta argēteis
quib⁹ vēdit⁹ ſum eis. Rogo igitur
te pater mi vt transferas a me cali
cem iſtū. Si aūt tibi aliter videtur
non mea volūtas ſ3 tua fiat. Exur
ge in adiutoriū meū feſtina pater

vt adiuues me. Dato eñ dilectiſſi
me pater q me neſcirent filiũ tuũ:
q2 tñ cũ eis innocẽtiã duxi. et mul
ta eis bñficia cõtuli: non deberent
in me ſic crudeles exiſtere. Recor
dare q ſteterim ĩ cõſpectu tuo vt
loquerer ꝓ eis bonũ et auerterem
indignationẽ tuã ab eis. Nũquid
redditꝰ pro bono malũ: q2 foderũt
aĩe mee: et mortẽ mihi turpiſſimã
parauerunt. Tu vides dñe ne ſi
leas ne diſcedas a me: qm̃ tribula
tio proxima eſt: et nõ eſt q̃ adiuuet.
pſalm lxviij. Ecce ĩ cõſpectu tuo ſunt oẽs q̃ tri
bulant me q̃rẽtes aĩam meã. Im
properium expectauit cor meum
et miſeriã. Et redijt dñs ad diſci
pulos excitãs eos et de orãdo ex
hortãs. Item ſcdo z tertio ad ora
tionem redijt ĩ trib⁹ diuerſis locis
ab inuicẽ diſtãtib⁹ per iactũ lapi
dis: non q̃tũ qs excutiẽs ꝓijcere
põt. ſed q̃tũ ſine magna violentia
lapidẽ mitteret. Et vt habeo a fra
tre meo q̃ ibi fuit adhuc in ipſis lo
cis veſtigia ſunt eccliaꝝ que ibi fa
cte fuerũt. Rediẽs ergo dñs ieſus ad
orationẽ vt dixi ſcdo z tertio eun
dem ſermonem orauit: et addidit.
Pater iuſte ſi ſic decreuiſti vt cru
cis patibulum ꝓ gñe humano ſu
ſtineã: fiat volũtas tua. Sed recõ
mẽdo tibi dilectiſſimã matrẽ meã
et dilectiſſimos diſcipulos meos:
quos hucuſq ſeruaui cũ eſſem cũ
eis. Pater mi ſerua eos a malo.
Et interim ſacratiſſimus ſanguis
corporis ſui vndiq in modũ ſudo
ris erũpens in hac agonia ſeu cer
tamine dum prolixius orat vſq ad
terram abũdãter decurrit. Conſi
dera quãta eſt aĩe ſue anguſtia: il
ludq aĩaduertere debem⁹ contra
impatiẽtiam q ieſus trib⁹ vicibus
orauit anteq reſpõſionem accipe
ret. Cũ autem ſic orat et anxiatur
dñs Ieſus: ecce angelus dñi prin
ceps Michael aſtitit cõfortãs eũ
et dicẽs, Salue dñe de⁹ me⁹ ieſu.
orationem tuã et ſanguineum ſu
dorem patri tuo obtuli in conſpe
ctu toti⁹ curie ſuperne: et oẽs pro
cidentes ſupplicauim⁹ vt calicem
hunc transferret a te. Et pater re
ſpõdit. Nouit dilectiſſim⁹ fili⁹ me⁹
q humani generis redẽptio quã
ſic optam⁹ ſine ſui ſanguinis effu
ſione decẽter fieri non poteſt: ideo
ſi ſalutem vult animarum oportet
pro ipſis mori. Quid ergo fore de
cernis? Tunc dixit dñs ieſus ange
lo. Salutem aĩaꝝ omnino volo: ideo
poti⁹ eligo mori vt ſaluẽtur quas
ad imaginem ſuam pater creauit:
fiat igitur volũtas patris mei. Et
angelus ad eum. Confortare z vi
riliter age: excelſum eñ decet ma
gnifica facere. Cito tranſibunt pe
noſa: et ꝑpetua glorioſa ſuccedẽt.
Dicit pater q ſemper tecum eſt: et
matrem tuam z diſcipulos ipſe cõ
ſeruabit et reddet incolumes. Et
humilis dñs humiliter z reueren
ter ſuſcipit hanc confortationem
a ſua creatura: conſiderãs ſe mino
ratum paulominus ab angelis dũ
eſt in hac lachrymarum valle. Et
ſicut triſtabatur vt homo: ſic in ver
bis angeli confortatus fuit vt ho
mo: et valefecit ei rogãs vt eũ pa
tri recõmendaret z toti curie cele
ſti. Surgit igitur tertio ab oratio
ne totus ſanguine madefact⁹ quẽ
aſpice tergentem ſibi vultum vel
lauantem: totũq afflictum reue
renter cerne: intimeq compatere:
quia non ſine ingẽti acerbitate do
loris hoc contingere potuit. Di
cunt tamen ſapientes et expoſito
res q dominus ieſus patrem ora
bat non tam timore patiẽdi q̃ cõ
paſſione prioris ppl̃i: q2 cõpatieba
tur iudeis q̃ de morte ſua pdeban
tur. Non eñ debebãt eũ occidere
q2 ex ipſis erat z in lege eoꝝ cõtine
batur: et tãta eis cõtulerat benefi
cia. Vnde orabat patrẽ vt ſi fieri
poſſet cũ ſalute iudeoꝝ q credat.

multitudo gētiū. Si ꝓ vo iudei ce-
candi sunt vt alij videāt fiat volū-
tas tua/non mea. Fuit enī tunc in
xp̄o quadruplex volūtas. volūtas
carnis: et hec nullo modo volebat
pati. volūtas sensualitatꝭ: ⁊ renue
bat ⁊ timebat. volūtas ratiōis: et
hec obediebat ⁊ consentiebat. Nā
Esa. liij. iuxta Esaiā: oblatus est qꝛ ipe vo-
luit. volūtas deitatis que impera
bat ⁊ sententiā dictabat. Igiť qꝛ ve
rus erat homo et vt verꝰ homo in
magna erat angustia positus: inti-
me q̄ꝫtum potes cōpatere ei. Cōsi-
dera diligēter ⁊ vide oēs actus et
afflictiōes dñi tui. Venit aūt post
hec ad discipl'os: et dixit eis. Dor-
mite iam ⁊ reqescite: q̄ ibi aliquan
tulum dormierūt: bonꝰ aūt pastor
vigilabat sup custodia pusilli gre-
gis sui. O grādis amor vere ī finē
dilexit eos: cū in tāta positus ago
nia procurat eoꝝ quietem. Vide-
bat a lōge suos aduersarios veniē-
tes cū armis ⁊ fustibꝰ: nec tñ disci
pl'os excitauit nisi cū ꝓpe ⁊ iuxta
eū fuerūt. Tūc aūt dixit eis. Sa-
tis dormistis: ecce q̄ me tradet ap
propinquat. Et adhuc eo loquēte
venit ille neqꝫ iudas ante eos/pes-
simus mercator: et osculatꝰ est eū.
Diciť ꝙ moris erat dñi iesu disci-
pulos quos mittebat cū osculo re-
cipere redeūtes. Et ꝓpterea ꝓdi-
tor osculū illis ī signū dedit: et pre
cedēs alios cū osculo rediit: quasi
dicat. Non sum ego cū istis arma-
tis: sꝫ rediēs more solito te saluto.
Aue rabi. O vere ꝓditor. Intue-
re et ꝓsequere dñm iesum q̄ꝫ beni-
gne suscipit infelices amplexus et
oscula ꝓditoris: quē paulo ān̄te sū-
mo cibauerat cibo/eiꝰ lauerat pe-
des. et q̄uo se patitur capi/ligari/
percuti ⁊ furibūde duci: ac si esset
malefactor ⁊ impotēs ad se defen
dendum. q̄uo etiā cōpatiť discipu
lis fugiētibꝰ et errātibꝰ: ⁊ dolores
eoꝝ cernere potes q̄ꝫ inuiti ⁊ dolē-
tes ⁊ suspiria dātes (vt orphani et
timore ꝑterriti) recedebāt. Et ma-
gis augebať eoꝝ dolor q̄n videbāt
magrm̄ ⁊ dñm suū sic viliter trahi
ꝑ canes illos: et q̄si agnū māsuetū
sine resistētia sequi. Aspice quali-
ter manibꝰ post tergū ligatꝭ excla-
midatus tunica succinctꝰ non cu-
riose: capite discoopertꝰ: curuꝰ et
fatigatione et vehemēti accelera-
tione incedēs. Cū aūt presentatur
principibꝰ et senioribꝰ cōgregatis
illi q̄si leo capta ꝑda exultāt/exa-
mināt/falsos testes ꝓcurāt/cōdē-
nāt/et expuūt ī eiꝰ faciē sctīssimā.
Oculos velāt/colaphisant et ala-
pis cedunt: dicētes. Prophetiza
nobis xp̄e q̄s est q̄ te percussit. Et
multis opprobrijs vexāt ī oībꝰ pa-
tiēter se habētē. Tādem illi maio-
res recesserūt mittētes eū in quen
dam carcerē de subtꝰ solariū: q̄ ad
huc videri pōt vel eiꝰ vestigiū: et li
gauerūt eū ad quādā colūnā lapi
deam: cuiꝰ pars ibi postea mura-
ta fuit: ⁊ adhuc apparet vt habeo
a fratre meo q̄ vidit. Dimiserūtq̄ꝫ
eū: et cū eo q̄sdā armatos acuto-
ris custodie q̄ eum ꝑ totā noctē ve
xauerūt/derisionibꝰ vacātes. Co-
gita qualiter illi audaces et pessi-
mi conuiciātes ei dicebāt. Crede-
bas tu esse melior ⁊ sapiētior prici
pibus ⁊ sapiētibꝰ nr̄is? Que stulti
tia erat tua? Non debebas cōtra
eos os aperire. Q̄uo fuisti ita au
sus? Nūc apparet sapiā tua. Tu
stas modo sicut cōuenit paribus
tuis. Dignꝰ enī es morte: et tu ha-
bebis eā. Et per totā noctē modo
vnus modo aliꝰ insultat vbis ⁊ fa-
ctis ꝯtra eū quāta possunt. dicūt
et faciūt isti pessimi contra dñm.
Intuere dñm verecūdum ⁊ patiē
ter tacētem ad oīa tanq̄ꝫ in culpa
deprehēsum: vultu ī terra depres-
so et cōpatere ei. O dñe ad quoꝝ
manus venisti? Q̄uāta est patien
tia tua? Vere ista est hora ⁊ pote-

ſtas tenebraꝝ. Et ſic ſtetit rectus ad columnam ligatus vſqꝫ mane. Interim aūt iohānes vadit ad dominam ꝛ ſocias intra domū magdalene in qua cenā fecerāt: et narrat oīa que de dn̄o ieſu ꝛ de diſcipulis contigerāt. Tūc indicibilis planctus ꝛ clamor factus eſt. Cogita ī quāto dolore ſunt poſite de dilectiſſimo dn̄o ſuo: q: bene vidēt et credūt ipm̄ mortuum. Tandem dn̄a ſe dedit in partem/et ad orationem ſe conuertit: dicēs. Pater reuerendiſſime/pater piiſſime pater miſericordiſſime: recōmēdo vobis vnigenitum veſtrum dilectiſſimum. Non ſitis ei crudelis qui cūctis eſtis benignus. Pater eterne ne moriatur fili⁹ me⁹: nihil eīm mali fecit. Sꝫ pater iuſte ſi redēptionem vultis humani generis obſecro per alium modum faciatis. Oīa eīm poſſibilia ſunt vobis. Rogo vos pater ſanctiſſime ſi vobis placet non moriatur filius meus. Liberate eum de manu peccatoꝝ et reddite mihi. Ipē per obedientiam ꝛ reuerētiam veſtram non ſe iuuat/derelinquit ſeipm̄: et vt imbecillis ꝛ impotens eſt inter illos: ideo vos eū iuuate. Hec et his ſimilia orabat dn̄a nr̄a toto affectu et conatu ſuo ꝛ cum amaritudine magna. Compatere igitur ei quā ſic cernis affictam.

## ¶ Quomodo prīcipes duxerūt Jeſum ad Pylatum mane. Capitulum. lxviij.

Mane aūt facto tempeſtiue redierunt principes ꝛ maiores populi: et fecerūt ei ligari manus poſt tergum dicētes. Veni nobiſcum latro veni ad iudicium: hodie cōplebūtur maleficia tua: modo apparebit ſapientia tua. Et ducebāt eum ad pylatum: et ipē quaſi nocens ſequebatur eos: cū eſſet agnus mitiſſim⁹. Cum aūt mater ꝛ iohānes ꝛ ſocie (nam ſummo mane exierūt vt venirent ad eum) occurrerunt in biuio. Vidētes eum ſic vituperabiliter et enormiter ab illis adduci canibus: quāto dolore replerētur dici nō poteſt. In illo aūt mutuo aſpectu fuit dolor vtriſqꝫ. Nā ipē dn̄s affligebatur multum ex compaſſiōe erga illos: maxime quo ad matrem. Nam ſciebat ꝙ ipſa dolebat vſqꝫ ad mortem ꝛ vſqꝫ ad ſeparationem aīe a corpore. Cōſidera et intuere ꝗ̄ cōpaſſiua ſunt omnia iſta. Ducitur ergo ad pylatum: et ſui eum a lōge ſequūtur: nec poterant appropinquare. Accuſat᷑ ab illis de multis. Ipē vero tacebat: ſꝫ pauca preſidi loquebatur. Preſes aūt non videns in eo cām mortis miſit eum ad herodem. Herodes aūt volēs videre de ſuis miraculis gauiſus eſt: ſed nec miraculum nec verbum aliqꝺ potuit habere ab eo. Igitur herodes reputans eū ſtultum/in deriſionem induit eū veſte alba: et remiſit eū pylato. Et ſic vides quō dn̄s Jeſus non ſolum malefactor ſed ſtultus reputatus eſt. Ipē aūt patientiſſime tolerabat. Attēde qualiter ducitur et reducitur demiſſo capite et vultu: et oīm clamores/cōuicia et ſubſannationes audientem. Et forte lapidum percuſſiones et immūdicias iacientes. Et matrem et ſuos cum ingēti merore a longe ſequentes. Reductoqꝫ eo ad pylatum illi canes cū audacia magna et conſtātia proſequūtur ſuas accuſationes. Sed pylatus nullam cauſam mortis inueniens nitebatur eū dimittere. Dixit ergo: corripiam eum ꝛ dimittam. O pylate tu dn̄m caſtigas: neſcis quid agis quia nec mortem nec flagella meruit. Rectius ageres ſi te ad ſuum nutum corrigeres. Juſſit autē eū

flagellari. Spoliatur ergo dñs ieſus: ad colũnam ligat̃: duriſſime flagellat̃. ſtat nudus corã oĩbus elegãs/verecũdus ꝛ ſpecioſus forma pre filijs hoĩm. ſuſcipit ſpurciſſimoꝝ flagella dura ꝛ doloroſa. caro illa tenerrima ꝛ innocẽtiſſima/mũdiſſima/pulcherrima: flos oĩs carnis: et toti⁹ humane nature repletur liuoribus ꝛ fracturis: fluit vndiqꝫ regius ſanguis de oĩb⁹ partibus corporis: ſuperaddit̃/reiteratur/inſpiſſatur liuor ſuper liuorem: donec tortorib⁹ et inſpectoribus fatigatis iubetur ſolui a colũna ad quam ligat⁹ fuit. Veſtigia crucis oſtẽdit vt in hiſtorijs continetur. Hic eum diligẽter conſidera per moram longã: et ſi ei non cõpatieris/cor lapideũ te habere reputa. Tũc impletum eſt quod di-
Eſa.liij ctum eſt per Eſaiam. Vidim⁹ eũ et non erat aſpectus: et reputauimus eũ quaſi leproſum ꝛ humiliatum a deo. O dñe qualis fuit ille tam audax ꝛ temerarius q̃ te ſpoliauit: et illi qui te ligauerũt audatiores? Sed ꝛ illi audaciſſimi qui te flagellauerunt: et tu ſol iuſticie tuos radios ſubtraxiſti: ideo ſunt tenebre ꝛ poteſtates tenebrarum. Omnes ſunt te potẽtiores. Amor tuus ꝛ iniquitas noſtra ſic te fecit imbecillem. Maledicta ſit iniquitas pro qua ſic affligeris. Soluto eo a colũna ducitur ſic nudus/flagellatus per domũ perſcrutando pro pãnis ſuis: qui ſparſim per domum ꝓiecti fuerãt a ſpoliatorib⁹. Erat tremebũdus ꝛ afflictus propter frigus. Cũqꝫ ſe vellet veſtire: contẽdũt peſſimi dicẽtes pylato. Dñe/hic ſe regem facit: veſtiam⁹ eum ꝛ coronem⁹ eum more regio. Et accipiẽtes clamidem ſericam rubeam veterem ꝛ turpem veſtierunt eum: et ſpinis coronauerunt. Cogita quas afflictiones ſuſtinet ꝓut ipſi voluũt purpurã ſuſcipit: caput corone ſpinee parat: arũdinẽ tollit: et corã ſe genuflectẽtib⁹ non dat reſpõſum/ſed tacet ꝛ obmuteſcit. Cerne igit̃ eũ cũ cordis amaritudine: maxime cũ caput ei⁹ plenum ſpinis grauiter ꝛ ſepe percutitur. Qualiter depreſſo collo patiẽter cũ dolore magno ictus acerbos ſuſcipit. Perforabant eñ caput ei⁹ ſanctiſſimũ ille ſpine acerbiſſime/et totũ ſanguine madefaciebant. O miſeri quõ vobis timebũdum apparebit caput illud qḋ nũc ſic ꝑcutitis. Illudebãt eñ ei tanqꝫ regnare volenti oĩa ſuſtinet quaſi eoꝝ ſeru⁹. Sꝫ nec illis ſuffecerat ꝙ maiorẽ illuſiõem totã cohortẽ cõgregauerũt: ſed etiã corã pylato et toto populo adduxerũt eũ foras publice ſic illuſum: et portãtem ſpineã coronã et purpureũ veſtimentum. Cerne quõ ad terrã ſtat demiſſa facie corã tota multitudine vociferãte ꝛ clamãte. Crucifige/crucifige eũ: et ſemꝑ eũ irridente ꝛ ei inſultãte. Quaſi ſapiẽtiores eo fuerũt: et quaſi modo appareat ꝙ ipẽ inſipiẽter ſe habuit cõtra principes et phariſeos q̃ ſic eũ aptari fecerũt et ad talẽ finẽ ꝑduci. Et ſic non ſolũ dolores ꝛ penas ſed opprobria ſuſcipiebat ab eis.

## ¶ Meditatio paſſionis ad tertiam. Capi.lxv.

Petit ergo tota iudeoꝝ multitudo magnis vocibus vt crucifigatur. Et ſic cõdẽnat̃ a preſide miſero pylato. Nõ recordãtur bñficioꝝ et operũ ei⁹. Non mouẽtur ꝓpter innocẽtiam eius: et qḋ videt̃ crudeli⁹ non trahũtur ꝓpter afflictionẽ quã ei vidẽt ſuſtinere/ſed exultãt pricipes et maiores: q² habẽt intẽtum ſuũ prauũ. ridẽt ꝛ irridẽt eũ qui eſt verus ꝛ etern⁹ de⁹: et mortem accele-

rant q̄ntum poſſunt. Reducit aūt dn̄s ieſus intus ſpoliatus illa purpura: et adhuc nudus corā eis adducit: et dat ei reueſtiēdi licētia. Attēde diligēter & ſtatū ei⁹ cōſidera: et i ſingulis actib⁹ vt intime cōpatiaris & ſimul patiaris. Auerte parūper oculos a deitate / et eum purū hoiem cōſidera: et tu videbꝫ iuuenē elegātē / nobilē / innocentē et amātiſſimū: totū flagellatū: ſanguinib⁹ liuorib⁹ reſperſum: pānos ſuos ſparſim vndiq̄ piectos de terra colligētē: et cū quadā verecundia / reuerētia & rubore ſe corā illis ſemp ipm irridētib⁹ reueſtiētē: ac ſi eſſet a deo derelict⁹ et omi auxilio deſtitutus: ideo pietate & cōpaſſiōe mouearis. Nam modo colligit vnam tunicā modo aliā: et ſic corā illis ſe veſtit. Redeas poſtea ad deitatē et cōſidera illā immenſam / eternā / incōprehēſibilē ac imperatoriā maieſtatē incarnatā ſe flectētem hūiliter ad terrā inclinātem: pānos recolligētē: et ſe cū rubore et reuerētia reueſtiētem ac ſi eſſet viliſſim⁹ homo et ſeruus emptus & ſup illoꝝ dn̄atione cōſlict⁹: et ab eis pro aliquo exceſſu correptus & caſtigat⁹. Diligēter mirare ei⁹ hūilitatem & diligēter ei teipm cōforma. Eiſdē etiā cōſiderationibus cōpatiēs intueri potes eūdē cū ad colūnā ligat⁹ ſic enormiter flagellat. Tūc eo veſtito ducūt foras ne mortē differāt: et tūc venerabile lignū crucis longum & groſſum & multū graue ponūt ſup humeros ei⁹. et ipe tanq̄ agnus manſuetiſſim⁹ ſuſcipit et portat. Et vt dicit in hiſtorijs opinio eſt crucē dn̄i quīdecim pedes habuiſſe i altum. Et tūc ducit / accelerat & opprobrijs ſaturat. Duct⁹ aūt foras fuit cū duobus latronib⁹. Hec eſt ſocietas ſua. O dn̄e ieſu q̄tam verecūdiā iſti vrī amici faciūt vobis: latronib⁹ vos ſociāt: ſed et deteri⁹ faciunt: q2 vobis crucē portādam impoſūit: qđ de latronib⁹ non legitur. Vn̄ nō ſolū Eſaias cū iniquis deputat⁹ eſt: ſꝫ vt iniquoꝝ iniquor. Mirabilis eſt patientia tua dn̄e. Cōſidera qūo vadit ſubt⁹ crucem curuus et fatigat⁹: et cōpatere ei q̄ntū potes i āguſtias & opprobria poſito. Quia vo pꝑter multitudinem gētum meſtiſſima mater appropiquare nequibat: iuit per aliā viā breuiorem celeriter cū iohāne et ſociab⁹ vt alios precedēs ei appropinquare poſſet. Cū aūt extra portā ciuitatis ex concurſu viarū eū habuit obuiū cernēs eū ſic oneratū ligno tam grādi: ſemimortua eſt pre anguſtia: nec ei vbū dicere potuit: nec dn̄s accelerat⁹ ab eis q̄ eū ad crucifigēdū ducebāt. Ulteri⁹ parū pcedēs vertit ſe ad mulieres flentes dicēs. Filie hierl'm nolite flere ſup me: ſꝫ ſup vos & ſup filios &c̄. Ex his duob⁹ locis apparent veſtigia eccl'iaꝝ que ibi facte fuerāt i hoꝝ memoriam vt habui a fratre meo q̄ vidit: qui etiā dicit q̄ mons caluarie vbi fuit crucifi⁹ diſtabat a porta multū: vn̄ nimis erat longa portatio crucis. Cū ergo vlteri⁹ pceſſiſſent: et ita eſſet fatigatus & fract⁹ q̄ ampli⁹ portare non poſſet / depoſuit eā. et illi peſſimi mortem ei⁹ differre nolētes: timentes ne pylat⁹ ſentētiā reuocaret: q2 oſtēderat volūtatem dimittēdi eū: coegerūt quēdā vt crucē portaret. Ipm aūt ſic oneratū / et vt latronem ligatum duxerūt ad locum caluarie. Nōne igitur hec que in matutinali prima et tertia horis paſſus eſt tibi videētur abſq̄ aliqua crucifixione vehementiſſimi doloris eſſe: amariſſimi eſt ſtupendi horroris? Certe ſic puto: et ad compaſſionem multum valentia: et paſſionem inferētia. Sic igitur completa videntur que de his tribus horis dicenda fuerunt. Lu. xxiij.

## Meditatio paſſiõis ad horam ſextã et nonã. Ca. lxvj.

CUm igitur dñs ieſus vituperabiliter duct⁹ ad locũ fetidũ caluarie venit/cõſpicere potes operarios malos vndiqȝ nequiter operari. Hijs aũt toto mẽtis intuitu te preſentẽ exhibeas:et cogita ſingula q̄ fiũt cõtra dñm/ꝛ que dicunt ab ipo dño et fiũt. Uide igit ocl'is mẽt; alios figere:alios parare clauos ꝛ martellos:alios parare ſcalas ꝛ neceſſaria:alios ordinare qd facere debeãt:alios ipm ſpoliare. Spoliat⁹ aũt ꝛ nud⁹ eſt corã tota multitudine/etiã nũc tertia vice. Renouant fracture ꝓpter pãnos ad carnem applicatos ꝛ adherẽtes. Nũc conſpicit mat filij ſui ſic corp⁹ tractari/dolore mentis affligit / et ſupra modũ triſtat cum rubore:qꝛ eũ videt totaliter nudũ: qꝛ nec femoralia dimiſerũt ei. Acceleraf mater et approximat filio ꝛ amplexatur et cingit eũ velo capitis ſui. O in q̃ta amaritudine eſt aia ſua. Non credo ꝙ ei verbũ dicere potuerit: q̃libẽter ampli⁹ iuuaret eũ ſi poſſet:ſȝ non poterat eũ iuuare:eripitur eũ de manib⁹ ſuis furibunde et ducit ad pedẽ crucis. Hic modum crucifixionis diligẽter attẽde. Ponũtur due ſcale:vna retrorſum/alia in brachio ſiniſtro: ſuper quas malleatores aſcẽdunt cũ clauis et martellis. Ponit alia parua ſcala a parte anteriori attigẽs vſqȝ ad locum vbi pedes figi debebant. Cõpellit dñs ieſus aſcẽdere crucẽ per paruã ſcalã. Ipſe ṽo ſine rebelliõe ꝛ cõtradictione humiliter facit q̄cq̄d volũt. Cũ igit eſt in ſuperiori gradu parue ſcale vertit ad crucẽ renes: aperit illa legalia brachia: expãdit man⁹ pulcherrimas ꝛ excelſas eas porrigens crucifixoribus ſuis. Aſpicit i celũ ad patrẽ dicẽs. Ecce meipm vſqȝ ad mortem humiliaui vt voluiſti propter humani gñis amorẽ placet/ acceptõ:et me pro eis offero quos mihi fratres eẽ voluiſti. Accepta igit et tu ac deĩde placabilis eſto eis mei amore:et oẽm veterem maculã abſterge ꝛ elõga ab eis. Pro eis me offero. Qui aũt poſt crucem eſt/accipit manũ ei⁹ dextram et eam cruci fortiter affigit. Quo facto:ille q̄ ex ei⁹ latere ſiniſtro eſt ſiniſtrã accipit manũ / trahit q̃tũ põt/extendit et aliũ clauũ affigit/ pcutit ꝛ infigit. Deſcendũtqȝ poſt hec illi de ſcalis ꝛ remouẽtur oẽs ſcale. Pendet dñs ex grauedine corporis deorſum trahẽtis ſolum clauis manib⁹ et nõ pedib⁹ infixis ſuſtẽtatus. Nihilomin⁹ occurrit alius q̄ per pedes q̃tum põt eum trahit:et eo ſic extracto ali⁹ configit ãbos pedes duriſſimo clauo. Sũt q̄ credũt ꝙ hoc modo fuerit crucifix⁹ cruce ſtãte in terra. Alij vero ꝙ cruce extenſa ſup terrã eũ crucifixerunt:et poſtea crucifixũ eleuauerũt ꝛ crucẽ fixerũt i terra. Quid ſi magis placet:aſpice qũo eũ deſpicabiliter capiunt ipi ſicut ribaldũ: et ꝓſternũt eũ ſup crucẽ in terra:furibũde brachia ei⁹ accipiẽtes/et poſt violẽtam extẽſionẽ crucifigẽtes. Silr de pedibus factum intuere:quos traxerũt quãtum potuerũt. Ecce crucifix⁹ eſt dñs ieſus ſic i cruce extẽſus ꝙ oĩa oſſa ei⁹ dinumerari poſſent: ſicut per ꝓphetam conqueritur. Fluit vndiqȝ ſanctiſſim⁹ ſanguis ex illis maximis ſciſſuris. Sic coãguſtatus eſt ꝙ ſe mouere nõ põt niſi i capite. Illi tres claui ſuſtinent totũ corporis pondus dolores acerbiſſimos tolerat:ꝛ vltra q̃ dici vel cogitari poſſit affligitur. Pendet inter latrones vndiqȝ pene / vndiqȝ opprobria/vndiqȝ conuicia. Nec

adhuc ſic anguſtiato ꝑcutit. Nā alij blaſphemant dicentes. Vah qui deſtruis templum dei. Alij dicunt ſeipſum ſaluū facere non poteſt: et alia multa conuicia dicūt. Sed et principes ſacerdotum clamant. Si filius dei es: deſcendas nunc de cruce et credim⁹ tibi. Sꝫ ⁊ milites qui crucifixerūt eum diuiſerunt veſtes in p̄ſentia. Et hec omnia dicūtur ⁊ fiūt preſente meſtiſſima matre ei⁹ cui⁹ compaſſio multum augebat filij paſſionē. Et ipſa econuerſo pendebat in cruce cum filio et potius elegiſſet mori cum ipſo: q̄ȝ amplius viuere. Undiqȝ anguſtie ſūt ⁊ tormēta q̄ ſentiri poſſunt: ſed enarrari nō poſſūt Stabat mater iuxta crucem filij: inter crucem eius ⁊ crucē latrōis non auertebat oculos a filio Anguſtiabatur: et ipſa toto corde orabat patrem dicens. Pater ⁊ deus eterne placuit vobis vt filius me⁹ crucifigeretur: nō eſt temp⁹ nunc a vobis eum repetere. Sed videtis in q̄ta anguſtia eſt aīa mea: rogo mitigetis ei⁹ penas. Pater recommēdo vobis filiū meum. Similiter filius orabat patrē pro ea: ⁊ tacite in ſe dicebat. Pater mi vides quomō affligit̄ mater mea: debui crucifigi: nō ipſa: ſed ip̄a eſt mecū in cruce. ſufficit crucifixio mea quia totius populi porto penā et peccata. Ipſa tamē nil meret̄: vides etiā totam deſolatam: merore cōfectam: recōmendo eam tibi vt dolorem eius tolerabiliorē facias. Erant autē iuxta crucē cum dn̄a iohannes et magdalena ⁊ due ſorores domine: ſcꝫ maria iacobi ⁊ ſalome: ⁊ forte alie que oēs maxime dilecta magdalena diſcipula ſua flebat: nec poterat cōſolari de ſuo dilecto magiſtro dn̄o ſuo. Cōpatiebant̄ omnes dn̄o et domine et ſibijpſis renouabat̄ ſepe dolor: qꝛ ſemper augebat̄ paſſio dn̄i ſui in cōuicijs et factis. Don.in⁹ autē in cruce pendēs vſqȝ ad exitū ſpiritus nō fuit ocioſus: ſed faciebat nobis vtilia. dixitqȝ ſeptē verba q̄ reperiūtur in euangelio. Primū fuit in ipſo crucifixiōis actu cum orauit pro ſuis perſecutoribus dicens. Pater ignoſce illis: quia neſciunt quid faciūt. Qđ verbū magne pietatis/ magni amoris ⁊ benignitatis fuit. Secundū fuit ad matrem cū dixit. Ecce fili⁹ tuus. et iohanni. Ecce mater tua. Tertium fuit ad latronem: cui dixit. Hodie mecū eris in paradiſo: in q̄ patꝫ largiſſima mīa. Quartū fuit Hely hely lamazabathani. quod eſt. de⁹ meus deus me⁹ vt quid dereliq̄ſti me. Quaſi dicat. Pater tantū dilexiſti mūdū qꝫ pro eo me tradidiſti: et dereliquiſſe me videris. Quintū fuit cū dixit. Sitio. In quo verbo fuit magna ꝯpaſſio matris ⁊ ſociaꝝ ei⁹ ac iohannis. ſꝫ peſſimis fuit magna leticia. Nam lꝫ exponi poſſit qꝫ ſalutē animarū ſitiebat: tamen in veritate ſitiuit: qꝛ pro ſanguinis euacuatiōe erat totus ſiccat⁹ et arefactus. Et cū illi maligni cogitare non poſſent in quo ei ampli⁹ nocerent: acceperūt vexandi materiam cū ei dederunt acetum et fel: quia maledict⁹ furor eorū ſic erat ꝑtinax: qꝛ ei q̄tū potuerūt nocuerūt. Sextū verbū fuit cū dixit ꝯſummatū eſt. Quaſi dicat. Pater obedientiā quam mihi dediſti ꝑfecte cōpleui: ⁊ adhuc quicq̄d mandare vis: faciam. ego enī in flagella parat⁹ ſum: ſed totū qđ de me ſcriptū eſt ꝯſummatū eſt: ſi tibi placet reuoca me. Et p̄r ait ad eū. Ueni dilectiſſime fili bene oīa feciſti: nolo ampli⁹ anxieris. Ueni: qꝛ in ſinu meo et inter brachia mea te ſuſcipiā. Et tūc cepit oculis languere more moriētiū: ⁊ totus palleſcere. modo claudendo oculos: mō aperiēdo: et ca-

Math. xxvij. et mar. xv.

Matth. xxvij.

put inclinare: nō in partē vnā: nō in ptē aliā. Deficiētib⁹ virib⁹ ⁊ venis iā vacuis: tandē addidit septimū verbū cū clamore valido ⁊ lachrymis dicēs. Pr̄ in man⁹ tuas commēdo spm̄ meū. Et hec dicēs emisit spm̄ inclinato capite versus matrē. Sil'r inclinauit se ꝓsus patrē sup pect⁹: qsi grās agēs ei ꝙ ipsum inuocabat. Et tradidit ei spm̄ suū. Ad hūc clamorē ꝯuersus fuit Cēturio q erat ibi/ ⁊ dixit. Uere filius dei erat iste: audiēs ꝙ sic clamans expirasset. Nā alij hoies cū moriunt̄: clamare nō possūt. Ideo credidit i eū. Fuit autē ita magn⁹ iste clamor ꝙ sicut a sapiētissimo viro intellexi: vsqꝫ in infernū fuit audit⁹. O qlis erat tūc aīa matris cū sic videbat eū deficere/ languere/ lachrimari/ ⁊ mori. Credo ꝙ ꝓpter angustie amaritudinē absorpta erat ⁊ quasi insensibilis facta ⁊ semimortua: nunc multomagis ꝙ̄ quādo obuiauit ei portanti crucem. Quid tunc maria magdalena ⁊ fidelis dilecta discipula? qd iohānes ab eo pre ceteris dilect⁹? ⁊ quid alie due sorores domine faciebant? Sed ⁊ quid facere poterant? replete erant amaritudine ⁊ doloribus. Ecce dominus pendet in cruce mortuus: et recedit tota mltitudo: remanet mestissima mater: cum illis quattuor ponit se ad sedendum iuxta crucem: contemplatur dilectissimum filium suum expectās a deo auxilium quomodo eum habere ⁊ sepelire valeant. Sed ⁊ tu si bene contempleris dominum tuum considerare potes ꝙ a planta pedis vsqꝫ ad verticem non est in eo sanitas. Non enim in eo est membrum nec sensus corporis qui suam infirmitatem ⁊ afflictionem ⁊ passionem nō senserit.

## ¶ De mora nostre domine iuxta crucem. Cap. lxvij.

Commorātibus igitur ⁊ sedentib⁹ verecūdis dn̄a mat̄ iesu/ iohāne/ magdalena: ⁊ sororib⁹ matris iesu ab vna parte iuxta crucē: ⁊ aspicientib⁹ quasi sine intermissione dn̄m iesum sic in cruce pēdentē inter latrones sic nudū: sic afflictū ⁊ ab oībus derelictū. ecce armati multi veniebāt a ciuitate q mittebant̄ vt ipsis crucifixis frangerent crura: ⁊ occiderent eos ac sepelirent ne in magno die sabbati corpa eoꝝ remanerent in cruce pēdentia. Tūc dn̄a ⁊ oēs surgūt: aspiciūt ⁊ vidēt eos. Renouat̄ dolor/ pauor/ ⁊ timor crescit. Multū eñ dn̄a timet ⁊ nesciēs qd̄ faciat dicebat sibi. Fili mi dilectissime quare redeūt isti qd amplius facere volūt? Nōne te occiderunt fili mi? putabā ipsos esse satiatos de te: sꝫ vt video adhuc te mortuū persequunt̄. Te defendere nō potui: nec a morte liberare sꝫ veniā ⁊ stabo iuxta crucē ad pedes tuos fili mi. Rogo patrē tuū vt illos placabiles tibi faciat: ego aūt qd potero faciā. Et tūc oēs quinqꝫ flentes iuerūt ⁊ posuerūt se āte crucē dn̄i. Appropinquant aūt illi cū furore magno ⁊ strepitu ⁊ videntes latrones adhuc viuere frāgūt eis crura: occidūt/ deponūt: ⁊ in quadā fouea velociter ꝓiciūt. Redeuntqꝫ ad iesum. Tūc timēs mr̄ ne sic facerent filio suo: tacta dolore cordis intrinsec⁹ ad arma sua. s. ad hūilitatē recurrit: ⁊ genib⁹ positis ac brachijs cācellatꝫ vultu lachrimabili: ⁊ voce rauca sic eos alloqꝫtur. di. Uiri fr̄es rogo vos p deū altissimū: ne me ampli⁹ vexetis ꝓ filio meo. Ego sum mestissima mater eius ⁊ scitis ꝙ nūqꝫ offendi nec aliquā iniuriā vobis feci. Et si filius me⁹ visus est esse cōtrari⁹: ipsum remisistis ⁊ vobis remitto oēm offēsam ⁊ iniuriā filij mei. Hac tū

miſam mecū facite ne ↄfringat: cū vt ſaltē cū integrū tradere valeā ſepulture. Non expedit vt ei⁹ crura frāgatis videbitis qꝛ iam mortu⁹ eſt: ꝛ magna hora ē ꝙ deceſſit. Johānes magdalena / ꝛ sorores mřis dñi ſtabāt genib⁹ flexis cū ea amariſſime flētes. O dña qd eſt quod agis ad pedes nephādorū ſtans ꝛ orās inexorabiles: pietate flectere credis crudeliſſimos ꝛ peſſimos ꝛ hūilitate ſupbos: Abhoīatio ſupbis hūilitas. Un⁹ ergo lōgin⁹ noīe tūc ſupb⁹ ꝛ impi⁹: ſ; poſt ↄuerſus ꝛ ſctūs: porrigēs lanceā de lōge illoꝝ plorat⁹ ꝛ pces ↄtēnēs lat⁹ dextrū dñi ieſu apuit vulnere grādi ꝛ inde ſanguis ꝛ aq̄ exiuit. Tūc mat ſemimortua cecidit inter brachia magdalene. Johēs aūt dolore vigēte ſūmo vigore iſurgit ↄtra illos dicēs eis. Uiri neqſſimi hāc ipietatē facitis. Nōne videtis qꝛ mortuus eſt: q̄re vultis ꝛ hāc ſuā matrem occidere: Recedite qꝛ nos ſepeliem⁹. Tūc illi ſicut dño placuit receſſerūt. Excitaꝛ autē dña: ſurgit q̄ſi euigilās querēs q̄d ſit de dilecto filio ſuo. Rñdent ꝙ non erat fctā ↄtra eū nouitas aliq̄: ſuſpirat ꝛ anxiaꝛ. Aſpicit filiū ſic vulneratū: dolore mort; atteriꝛ. Si vides quotiēs hodie mortua eſt. totiens certe q̄tiēs videbat ↄtra filiū pari vł nouitatē fieri. Uñ nūc impletū eſt in ea qđ ſibi dixerat ſymeō. Nā pluries hodie hoc ſibi cōtigit. S; nūc vere filij corpus ꝛ mřis aīam huius lancee gladius perforauit. Ponūt autē ſe oēs in terra ad ſedendū prope crucē. Neſciūt quid facere debeant. Corpus eīn deponere ꝛ ſepelire nō poſſunt: quia nec vires habēt ſufficiētes: nec inſtrumēta. Recedere autē eo ſic remanente, non audent ꝛ diu ſic remanere non valēt nocte appropinquāte. Uides i q̄ta perplexitate ſunt. O benigne deus: quare hanc matrem pre oībus electam / mūdi ſpeculum / reclinatoriū tuū ſic permittis tribulari: tēpus eſſet vt aliq̄ntulum reſpiraret. Interim autem plures per viam veniētes aſpiciūt ſcilicet ioſeph ab arimathia ꝛ nicodemū ducentes ſecū alios portantes inſtrumenta vt corpus de cruce deponant: et quaſi centū libras mirre ꝛ aloes: qui veniebant ad ſepeliendū eum. Tunc oēs ſurgunt cum timore magno. O deus q̄ta eſt afflictio iſtorū hodie. Circūſpiciens autem iohannes dixit Benedict⁹ domin⁹ qui nobis mittit auxilium. Ego cognoſco ibi ioſeph et nicodemū. Tunc domia reſumptis viribus dixit. Bñdictus dñs qui memor eſt noſtri: nec dereliquit nos. Fili occurras eis: quia veniunt in auxilium noſtrū. Uadit ergo iohannes obuiā eis velociter ꝛ attingens eos ſeinuicē amplexantur cū magno fletu: non valentes per longam morā ſibi; inuicem loqui pre anguſtia ꝛ compaſſione. Deinde venerunt ad crucē: et querit ioſeph que ſunt ille cum dña: et quid eſt de alijs diſcipulis Dixit autem iohannes illas q̄ ibi erant. de diſcipulis autē reſpōdit ſe neſcire quia nullus hodie ibi fuit. Querit de ijs que contra dñm facta ſunt: et narrat ei iohannes per ſingula. Cum autem ꝓpe crucem fuerunt: genuflectentes ꝛ flentes adorauerunt dominū. Applicantes autem recepti ſunt reuerēter dominā et alias ſocias cū genuflexione et inclinatione vſq; ad terram. Silř et ipſi genuflectētes cū ploratu magno ſteterꝰ ſic p magnā horā. Tādē dña dixit. Bñfeciſt; hñtes mēorīā mgři vři qꝛ mľtū vos dilexit. Et fateor vob; ꝙ i aduētu vřo viſū ē mihi nouā oriri lucē. Neſciebam⁹ eī q̄d facere deberem⁹: dña aūt vob; retribuat. et illi. Dolem⁹ toto corde nřo de ijs

que contra eum facta ſunt. Pre-
ualuerunt impij ſuper iuſtū liben-
ter eripuiſſem⁹ eum a tanta iniu-
ſtitia ſi potuiſſem⁹. Saltē hoc mo
dicū obſequiū pſtabim⁹ dño ma
giſtro veſtro. Surgētes ḡ paraue
runt ſe ad deponendū eū. Tu aūt
diligenter attēde depoſitionis mo
dum. ponūtur due ſcale a laterib⁹
crucis appoſite: ioſeph aſcēdit ſu-
per ſcalā lateris dextri ſatagit ex-
trahere clauū manus ipſi⁹ ſed dif
ficile eſt: qꝛ clauus groſſus et lon-
gus eſt: ꝛ in ligno valde confixus
et ſine oppreſſione manus dñi nō
videt̃ poſſe fieri: ſed non eſt vis: qꝛ
fideliter facit et totū acceptat do-
min⁹. Et euulſo illo iohānes clam
innuit ioſeph dictū clauū ſibi por-
rigi ne ipſa dña videat. Deinde ni-
codemus extrahit aliū clauū ma-
nus ſiniſtre ꝛ eū dat ſimilr̃ iohan-
ni. Deſcēdit nicodemus ꝛ venit ad
clauū pedum. Joſeph autē ſuſten
tabat corpus. Felix ille qui corp⁹
dñi meruit ſuſtentare ꝛ amplexari
Tunc pendentē dexterā manū do
mina reuerenter ſuſcipit ponit ad
vultū ſuū intuet̃ ꝛ oſculatur cum
lachrymis et validis ſuſpirijs.
Euulſo aūt clauo pedum pauliſꝑ
aſcendit ioſeph: et oñes accipiūt
corpus dñi et ponunt in terra. Do
mina ſuſcipit caput cū ſcapulis in
ſuo gremio: magdalena pedes: a-
pud quos olim tantā gratiam ha-
buerat. Alij circūſtant ꝛ oñes fa-
ciunt planctum magnū ſuꝑ eum.
Zacha. xij. Omnes enim plangūt amariſſime
quaſi vnigenitum: ſm̃ quod dicit
propheta.

## Meditatio paſſiōis in hora cōpletorij. Cap. lxix.

Poſt aliquam morā cū
nox appropinquaret
rogat ioſeph dñam vt
permittat eum inuol-
ui lintheaminib⁹ ꝛ ſe-
peliri. Ipſa vero contendebat di-
cēs. Nolite tā cito fratres mei mi-
chi filiū meū accipere vel me ſecū
ſepelite. Flebat irremediabiliter:
aſpiciebat vulnera manuū ꝛ pedū
ꝛ lateris: mō vnū: mō aliud. vide-
bat ſpinaꝝ pūcturas: depilationē
barbe/ faciem ſputis ꝛ ſanguie de
turpatam: et caput tōſum ac deflē
do et aſpiciēdo non poterat ſatia-
ri. Legi ꝙ dñs cuidam pſone de-
uote reuelauit ꝙ ipſe fuit tonſus
capillis ꝛ depilat⁹ barba: ſꝫ euan-
geliſte non ſcripſerūt oĩa. Et q-
dem ꝙ fuerit tonſus nō poſſet per
ſcripturā probari. Sed depilatio
barbe poſſet probari. Dicit enim
Eſaias in pſona domini. Corpus
meū dedi percutientibus: ꝛ genas
meas vellētibus. Unde ipſa ma-
ter aſpiciebat flebiliter et moroſe
videre volebat. Tardēte aūt hora
dixit iohannes. Domia cōdeſcen-
damus ioſeph ꝛ nicodemo ꝛ per-
mittam⁹ aptari: tractari: ꝛ ſepeliri
corpus dñi noſtri: quia ꝑpter ni-
miā moram pati poſſent a iudeis
calūniam et iniuriā. Ad hāc vocē
dña tanꝗ̄ grata et diſcreta cogi-
tans ꝙ ipſi iohanni cōmiſſa eſt no
luit amplius contendere: ꝛ ſignās
et benedicens eum permiſit apta-
ri et tractari vt voluerunt. Tunc
ioſeph et nicodemus et alij cepe-
runt inuoluere corpus et aptare
cum lintheamine: ſicut moris eſt
iudeis. Domia vero ſemper tene-
bat in gremio caput eius: qđ ante
ſibi ſeruauerat aptandum ꝛ mag-
dalena pedes. Cum autem vene-
runt ad crura dixit magdalena.
Rogo vos vt permittatis me ap-
tare pedes apud quos ſum miſeri-
cordiam conſecuta. Quibus per-
mittentibus illa eos tenebat et vi-
debat̃ deficere pre dolore ꝛ quos
lachrymis compunctionis irriga-
uerat: nūc multomagꝫ lachrymis
doloris ꝛ paſſionis lauit. Aſpicie-

bat pedes ſic pforatos/ vulnera-
tos, cruētatos ꝛ ſanguinolētos: et
amariſſime flebat. Nā vt ꝑitas de
Apo. v. ipſa ꝓhibuit. Dilexit multū: iō fle-
uit multū / maxime in hoc vltimo
obſequio magiſtri ſui ſic afflicti: ſic
flagellati: ſic vulnerati: ſic mortui:
et ſic ad nihilū redacti. Aīt ſibi vi-
ta ſtare poterat libēter expiraſſet
ad pedes dn̄i ſui. Nō videbat re-
mediū doloris ſui: nec conſeruaue-
rat ei in talibus obſequi. Nouū et
vltimū obſequium eſt quod ei nūc
preſtat. Et in hoc amaricatur aīa
ſua: quia nō poteſt illud facere vt
vellet. Vellet eīn totū corp⁹ apta-
re/ lauare/ vngere. ſed nō eſt temp⁹
nec locus. Nō poteſt plus nec po-
terat illud: facit qđ poteſt: lachri-
mis pedes lauat: et deuote abſter-
git/ amplexatur/ oſculatur/ inuol-
uit. aptat fideliter: vt melius pōt.
Sic igitur aptato reliquo corpore
reſpiciūt ad dominam vt ipſa com-
pleat: ꝛ oēs planctum reincipiunt
Tunc ipſa vidēs ꝙ ampli⁹ nō po-
terat differre ponit vultū ſuū ſup
faciē filij dicens. Fili mi dilectiſſi-
me in gremio mortuū teneo: durū
eſt diuortiū mortis. Iocūda ꝛ de-
lectabilis fuit inter nos ꝯuerſatio
tua ſine q̄rela et offenſa inter nos
fuim⁹ ꝛ tu vt innocens occiſus es.
Fili mi fidelr̄ tibi ſeruiui ꝛ tu mi-
hi ſed in hac pugna tua doloroſa:
nec tibi pater auxiliari voluit nec
ego potui. Aū teipm̄ dereliquiſti
pro amore hūani gn̄is qđ redime-
re voluiſti. Dura ꝛ penoſa ꝛ cara
nimis fuit iſta redēptō: de qua tn̄
gaudeo ꝓ ſalute hoim̄: ſed in tuis
doloribus ꝛ in morte tua affligor
valde. Scio ꝙ tu nō peccaſti: et tn̄
culpa occiſus es morte valde tur-
piſſima ꝛ amara. Modo ḡ fili diſ-
iuncta eſt nr̄a ſocietas: et me a te
nunc ſeparari opꝫ. Sepeliā ergo
te meſtiſſima mater tua: ſꝫ poſtea
q̊ ibo ꝛ vbi morabor fili mi? Quo-
modo ſine te viuere potero? tecū
libenter ego ſepelirer vt vbi eſſes
ego eſſem tecū: ſed qꝛ nō poſſū cor-
pore tamē ſepeliar mēte. Animam
meam ſepeliā in tumulo cū corpo-
re tuo eam tibi ꝯmitto: eā tibi com-
mēdo. O fili mi ꝙ̄ amara eſt ſepa-
ratio iſta. Et interim multo magis
rigauit faciem filij: ꝙ̄ magdalena
pedes. Abſtergit autē ꝛ deoſculta-
tur et oculos eius: ꝛ in quodā ſu-
dario caput eius inuoluit ꝛ diligē-
ter aptauit. Tandē iterū bn̄dixit
et ſignauit eū. Tūc oēs adorātes
flexis genibus et pedes ei⁹ deoſcu-
lantes accipiūt et portant ad mo-
numētū. Dn̄a tenebat caput: mag
dalena pedes: reliqui aūt ſtabant
in medio. Erat aūt ibi prope locū
crucifixionis ſepulchrū vbi eū ſe-
pelierūt genib⁹ flexis cū magnis
fletibus et gemitibus ꝛ ſuſpirijs.
Quo facto mr̄ ipm̄ iterū bn̄dixit
et amplexabat̄ ſtans ſuper eū: ſed
leuantes eā poſuerūt magnū lapi-
dem ad oſtiū monumēti. Ioſeph
autem volens redire ad ciuitatē
dixit dn̄e. Dn̄a mea rogo vos ꝓpt̄
deum ꝛ amorē filij veſtri vt diuer
tatis in domū meā: ſcio ꝙ domū ꝓ
priam nō habetis: vtamini mea vt
veſtra. oīa mea vr̄a ſunt. Similr̄
et nicodem⁹ dicebat. O q̄lis com-
paſſio. Regina mūdi non hꝫ vbi ca
put ſuū reclinet. ꝑ hos dies lugu-
bres viduitat̄ ſue ſub alieno tecto
eam reducere opꝫ. Vere dies vi-
duitatis ſunt iſti: qꝛ dn̄s ieſus erat
filius eius: ꝛ ſponſus: et pr̄: ꝛ frat̄:
ꝛ oīne bonū: ꝛ oīa ſimul eo mortuo
ꝑdidit. Vere vidua eſt et dereli-
cta ꝛ quo diuertat nō hꝫ. Ipſa au
tem ſe inclinās humiliter: et grās
agens reſpōdit ſe eſſe cōmiſſam io
hanni. Quib⁹ ille iohānes adhuc
eum rogantib⁹ dixit ꝙ volebat eā
ducere in montē ſyon in domū vbi
magiſter cenauit heri cū diſcipu-
lis ſuis: ꝛ ibi cum ea ſtare volebat.

Illi autem ſe inclinantes domine et adorãtes ſepulchꝛũ receſſerũt. Et iſti (vt dicit euangeliũ) remãſerunt iuxta ſepulchꝛũ. Appropinquãte aũt nocte dixit iohãnes domine. Nõ eſſet honeſtũ hic morari vel de nocte redire in ciuitatem ideo ſi vobis placꝫ recedamꝰ. Tũc ſurgit dña ⁊ genuflectẽs ad ſepulchꝛũ amplexat̃ ⁊ benedixit ſepulchꝛum dicẽs. Fili mi nõ poſſũ amplius ſtare tecũ ego recõmẽdo te patri tuo. Et eleuatis oculis in celũ cũ lachꝛymis et affectu magno ait. Pater eterne ꝯmẽdo vobis filiũ meũ et aĩam meam quã dimitto cum eo. Et ceperunt recedere. Cum autẽ fuerũt ad crucẽ ibi flexit genu et adorauit dicens. Hic requieuit filiꝰ meus ⁊ hic eſt ſanguis p̃cioſus eiꝰ. Simil'r ⁊ omnes fecerunt. Cogitare potes ꝙ ipſa priꝰ crucẽ adorauit: ſicut ipſa priꝰ natũ filiũ adorauit. Et exinde recedũt verſus ciuitatẽ: ⁊ ꝑ viã vertebat ſe retro reſpiciẽs. Cũ autem fuerũt in loco vltra quẽ ſepulchꝛũ et crucẽ ampliꝰ videre nõ potuiſſent ꝟtit ſe flexit genu et adorauit. Sil'r et oĩes fecerũt cum lachꝛymis. Appropinquãtes aũt ad ciuitatẽ ſorores dñe velauerũt eã tãꝗ̃ viduam cooperiẽtes q̃ſi totũ vultum eius et p̃cedebant. dña quoq; inter iohannẽ ⁊ magdalenã ſequebatur ſic velata. Tũc magdalena in ingreſſu ciuitatis volens ſumere viã que ducit ad domũ ſuam et illuc eos ducere: p̃uidit ſibi ante/ et dixit. Dña p̃cor vos amore magiſtri mei eamꝰ ad domũ nr̃am et ibi melius ſtabimꝰ. Scitis qꝛ ipſe libenter veniebat ad eã. Ipſa vr̃a et omnia mea: veſtra ſunt. rogo vt veniatis. Et hic plãgere reinceperunt. Domĩa aũt tacente ⁊ annuẽte verſus iohannẽ: adhuc illa rogat iohannẽ. Qui reſpondit. Decentius eſt vt eamꝰ ad montẽ ſyon maxime: quia ſic reſpondimꝰ amicis noſtris: ſed tu potiꝰ venies cũ ea. Dixit magdalena. Bene ſcis ꝙ veniam cum ea quocũq; ierit: et nunꝗ̃ dimittã eam. Intrantibus autẽ illis in ciuitatẽ: concurrunt vndiq; virgines et matrone bone cũ perpendere potuerunt: ⁊ aſſociant eam vndiq; fit planctus magnus. Sed ⁊ boni hoĩes per quos tranſibãt: cõpatiebant̃ ⁊ mouebãtur ad fletũ dicẽtes. Ecce magna iniuſtitia facta eſt hodie ꝑ principes noſtros cõtra filiũ huius domine: et deus pro eo magna ſigna oſtendit. Caueant q̃ fecerũt. Cum autẽ venerũt ad domũ tunc ipſa vertens ſe ꝟſus illas inclinauit ſe gratias agẽs. Ipſe inclinantes et genuflectẽtes fecerunt planctum magnũ. Intrauit ergo dña domũ et magdalena et ſorores poſt eam. Johãnes autẽ ponẽs ſe ſup oſtio rogauit illas vt redirẽt ad domos ſuas: qꝛ hora erat tarda: ⁊ gratias agens clauſit oſtiũ. Tunc domia per domũ aſpiciens dicebat. Fili mi dulciſſime vbi es? qꝛ hic te non video. O iohãnes vbi ẽ filiꝰ meꝰ? receſſit a nobis gaudium nr̃m: nr̃a delectatio/ lumen oculorũ nr̃orũ. receſſit aũt cum magna anguſtia vt vidiſtis. Et hoc eſt qḋ mihi magis auget dolorẽ: quia receſſit totus afflictus/ totus laceratus/ totus anxius ⁊ ſitibũdus coactus/ oppreſſus violẽtatus: nec ei in aliquo ſubuenire potuimꝰ. Omnes dereliquerũt eum: ⁊ pater eiꝰ omnipotẽs deus ipſm noluit liberare. Et ꝗ̃cito hec oĩa facta ſunt: vos vidiſtis ꝙ nullius vnꝗ̃ (vel ſceleratiſſimi hominis) ſic fuit accelerata/ precipitata/ et fulminata dãnatio. O fili mi hac nocte captus fuiſti: in mane preſidi traditus: et in tertia condẽnatus: et iam mortuꝰ es. O fili mi ꝗ̃ amara eſt iſta tua ſeparatio et memoria turpiſſime

mortis tue. Tandē iohannes rogat eam vt deſiſtat: et in hunc modum conſolat⁹ eſt eam. Tu autem ſi ſcires eam cōfortare ⁊ conſolari vt paruper comederet et alios comedere faciet: quia adhuc ieiuni ſunt/ et res parare ⁊ ſeruire: hoc facere deberes iuxta vires tuas. Poſtea benedictione a dn̄a et ab alijs recepta diſcedas.

## De die ſancti ſabbati Capitulum.lxix.

Nunc autem facto ſtabat in domo ianuis clauſis dn̄a: et alie ſocie eius cum iohāne afflicte ⁊ doloroſe tā͞q̄ orphane ⁊ plene merore non loquentes: ſed memores heſterne tribulationis et anguſtie ſedebant ſimul aſpiciētes adinuicē rapti: ſicut contingere cōſueuit in magna preſſura et calamitate grauatis. Pulſatum fuit ad oſtiū et timuerunt: q2 oīa timebāt: ſecuritas enī eorum diſceſſerat. Iuit autē iohānes ad oſtium: ⁊ aſpiciens vidit petrum et dixit. Petrus eſt. Cui domina. Aperi ei. Ingredit̄ petrus verecūdus cū ſingultib⁹ magnis et fletibus. Tunc omnes orare incipiunt: nec verbum poterat loqui. Poſtea ſucceſſiue veniunt alij diſcipuli. Tandē ceſſante fletu incipiūt loqui de domīo ſuo. Dixit ergo petrus. Ego verecūdor et confundor in me: nec deberem in veſtro conſpectu apparere: quia dominū meū qui me tantū diligebat: dereliqui ſic et negaui. Similiter et alij diſcipuli cū percuſſione palmarum ⁊ lachrymis ſe redarguebant: quia eum dereliquerāt. Domīa tunc dixit. Magiſter bon⁹ et paſtor fidelis receſſit a nob: ⁊ nos remanſimus veluti orphani: ſed ſpero firmiter q͞ cito rehabebim⁹ eum: et vos ſcitis quia benign⁹ eſt filius me⁹ benedictus. Ipſe multum dilexit vos et multum me diligebat. non dubitetis quia bene recuperabit̄ vobis ⁊ libēter remittet oēm offenſam et culpā. Tātus aūt fuit permiſſione patris cōtra eum furoris impetus ⁊ ita valuit cum eo: ideo nolite turbari. Reſpōdit petrus. Vere ita eſt vt dicitis domia. Nam ego q̄ tantūmodo vidi initia: fui tanto timore percuſſus in atrio cayphe: q͞ vix credebā poſſe euadere: ideo eum negaui: nec fui memor ꝟborum quib⁹ predixerat hoc mihi quouſq͞ me reſpexit. Tunc querit maria magdalena q̄d ei predixerat. Et reſpōdit a negatione ⁊ narrauit ⁊ addidit q͞ alia plura predixit eis ī cena de paſſione ſua. Dixit dn̄a. Vellē audire de ijs que dicta vel facta ſūt in cena per eum. Et petr⁹ annuit iohanni vt ipſe referret. Iohānes autē incepit et narrat omnia. Similiter ⁊ petr⁹ querit de paſſione dn̄i. Et iohannes dicit totum. Et ſic tam de ijs q̄ de alijs que fecit domin⁹ ieſus cū eis narrant adinuicem. modo vnus: modo alius. et ſic totum diē de ipſo ſermocinando percurrūt. O q̄ attente auſcultantur iſta verba. O quotiēs dn̄a dicebat in narratione geſtorū. benedictus ſit fili⁹ me⁹. Cogita in q̄ afflictione erāt. Quid enim eſt videre q͞ domia mundi principes eccleſiarum ⁊ omniū populorum et duces totius exercit⁹ diuini cultus ſic afflicti et timoroſi ſtant reclusi in quadam domūcula neſcientes quid facere debeant niſi q͞ ſe ſic confortant et conferunt de verbis et factis dn̄i ſui. Domia autem ſtabat mente tranquilla ⁊ pacata: quia certiſſimā ſpem habebat de reſurrectione filij ſui. Et in ipſa ſola remāſit fides die ſabbati iō ſpālr ei dies ſabbati attribuit̄. Nō tñ poterat ipā dn̄a ꝓpē mor-

tem filij ſui letari. Sero aũt facto poſt ſolis occaſum cũ licuit õpari: maria magdalena ⁊ altera maria venerũt emere aromata ꝓ faciendis vnguẽtis. Sero autẽ pcedẽti cum redierũt a ſepulchro dñi: ceperunt parare vſq͂ ad ſolis occaſum. Poſtea ſiluert. Nam ſabbatum oportebat cuſtodiri a ſolis occaſu diei veneris: vſq͂ ad aliũ ſolis occaſum. Nunc ḡ vadũt emere aromata ad apothecãdũ deuote corpus dñi ſui: eis cõpatientis et faciẽtis eaꝝ volũtatẽ. Que poſtulant aromata ⁊ eligũt q̃ meliora poſſunt: ⁊ pcio ſoluto redeũt parantes ſe ad faciẽdum vnguenta. Cogita q̃ꝫ diligenter ⁊ deuote laborant ꝓ dño ſuo cũ lachrymis et ſuſpirijs vt meli⁹ poſſunt. Domina ꝟo ⁊ apoſtoli reſpiciũt et forte iuuant. Quib⁹ factꝭ nocte illa ſiluerunt. Et hec quedã meditatio deuota fidei ſabbati de dña ⁊ ſociabus eius et diſcipulis.

## Quid fecit dñs ieſus in ſabbato. Capi. lxx.

Venit autẽ meditatio quid fecit dñs ieſus in ſabbato vel in ipſo die ſabbati. Nam ſtatim vt mortu⁹ fuit deſcendit ad inferos ad ſctõs patres et ſtabat cum eis ⁊ tũc fuerũt in gloria. Nam viſio dei eſt pfecta glia. Cõſidera q̃ta fuit ei⁹ benignitas in infernũ deſcendere. q̃ta charitas ⁊ hũilitas. Poterat enĩ vnum angelũ ad eos mittere: et facere ſicut ſeruos ſuos liberari. ⁊ ſibi preſentari vbi voluiſſet. Sed nõ ſuſtinuiſſet hoc amor ſu⁹ hũilitas ſua: p ſeipm̃ in infernũ deſcẽdit: nec vt ſeruos: ſed vt amicos eos dñs oĩm viſitauit: ⁊ ſtetit ibi cum eis vſq͂ ad diẽ dñicã ꝓpe aurorã. Cogita ⁊ mirare q̃liter iubilãt ſcti pr̃es in ſuo aduẽtu, repleti immenſa iocũditate: oĩ diſplicentia ꝓcul pulſa. Et ſtabant in canticis ⁊ laudibus coram eo: q̃s laudes potes in hũc modũ meditari: imaginando eos acſi eſſent in corporibus ſicut poſt reſurrectionẽ erũt. ſilr aĩam dñi noſtri ieſu. Cũ ergo pſenſerunt ei⁹ aduentũ occurrerũt ei gaudentes ſeipſos exhortantes ⁊ dicentes.

## Canticũ ſanctorũ in limbo. Capitu. lxxj.

Leuate capita vr̃a q: venit redẽptio vr̃a. Cõſurge ꝯſurge hierl'em: ſolue vincla colli tui. Ecce ſaluator vẽit ſaluare nos a vĩculo. Tollite portas pricipes veſtras ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glorie. Pſalm. xxiij.
Et ꝓcidẽtes adorauerũt omnes. Deinde ſurgẽtes ꝯtinuauerũt laudes dicẽtes. Benedict⁹ q̃ venit in noĩe dñi: de⁹ domin⁹ ⁊ illuxit nobis. Tu es de⁹ et ſaluator noſter: et abſq͂ te nõ eſt nobis adiutor: redemiſti aĩas noſtras tam diro carceri mãcipatas. O ieſtimabilis dignitas charitatis vt mundũ redimeres aĩam tradidiſti: ſedẽtes in tenebris ⁊ vmbra mortis tam benigniſſime viſitaſti. Nunc effugaſti tenebras a nobis: ⁊ vincula noſtra dirupiſti. Cõtriuiſti portas ereas et vectes ferreos cõfregiſti. Qui educis vinctos in fortitudine: et electos tuos in letitia nũc autem adoram⁹ te in ſecula. Et oĩes ꝓcidentes adorauerũt eum. Tunc reſpõdit eis dñs ieſus ⁊ dixit. Attendite popule me⁹ legem meam. Pax vobis et letitia eterna. Ego enĩ ſum domin⁹ de⁹ veſter: qui eduxi vos de terra egypti. Vacate et videte quoniã ego ſum de⁹: q̃ creaui ac redemi ⁊ ſaluaui vos. In capite libri ſcriptum eſt de me vt faciam voluntatẽ pr̃is mei: et ꝓpter veſtram ſalutẽ deſcendi. Pauper

Pſalm. cxvij. Pſalm. cvj. pſ. lxvij. Pſalm. lxxvij. Exo. xx pſ. xlv. Pſalm. xxxix.

Pſalm. lxxxvij. ego ſum ꝛ in laboribus a iuuētute mea. Intendebā ad ſaluādas oēs gētes: ſed filij alieni mētiti ſunt mi chi. Pſalm. xvij. Amici mei et proximi mei adſ uerſum me cogitabāt mala. Oēs videntes me deriſerūt me. Et fui flagellatus tota die: et caſtigatio mea in matutinis. Foderūt man⁹ meas ꝛ pedes meos: dinumerauerunt oīa oſſa mea. Dederūt in eſcā meam fel: et in ſiti mea potauerūt me aceto. Dormiui et ſepult⁹ ſum: et caro mea requieſcet i ſpe. Ego aūt i te ſperaui pater: et adijciam ſup oēm laudem tuā. Tu es refugium meū a tribulatiōe que circūdedit me. Protexiſti me a cōuētu malignātium: a multitudine operātium iniquitatem. Attēde ergo dn̄e ꝛ miſerere mei: ꝛ retribuā eis. Benedictū ſit nomen maieſtatis tue ineternū: et repleaꝛ maieſtate oīs terra / fiat fiat. Et ſancti pr̄es. Pſalm. xxxix. Dn̄e refugiū fact⁹ es nobis: a generatione i gn̄atiōem. Niſi qꝛ adiuuiſti me: ſemper habitaſſet in inferno aīa mea. Sed memor fuiſti noſtri dn̄e deus noſter: redemiſti nos in ſanguine tuo. Oſtēdiſti faciem tuā: qꝛ deſiderauim⁹ valde. Oīs terra adoret te de⁹: ꝛ pſalmū dicat nomini tuo dn̄e. Et ꝓcidentes adorauerūt eū cū gaudio magno ꝛ letitia. Et in talib⁹ laudib⁹ et cāticis ꝛ iubilationib⁹ ſteterunt in limbo vſqꝫ ꝓpe aurorā diei dn̄ice i cōſpectu angelorū ibi exiſtētiū et cū eis iubilātium. Tūc accepit eos dn̄s educēs eos ab inferis in exultatione: et ante eos gl'ioſe procedēs poſuit eos in paradiſo deliciarum. Aliqua ꝟo morula facta cum eis ꝛ cū helya ꝛ enoch eū cognoſcētib⁹ / adorātib⁹ et exultantibus: dixit eis. Tp̄s eſt vt excitem corp⁹ meū: vadā et reſumā illud. Qui oēs ꝓcidētes dixerunt. Ite dn̄e rex glorie: et cito redite ſi placet: qꝛ glorioſiſſimū corp⁹ veſtrum plurimum affectamus. Habes ergo que circa dn̄m ieſum et matrē et diſcipulos ꝛ ſctōs patres meditari poſſis die ſabbati ante reſurrectionem. Ber. dicit de cruce. Meditare (inquit) depoſitiōem corporis xp̄i crucifixi: et vide ſi aliqd eſt in eo qđ non oret ꝓ te ad patrē diuinum. Illđ caput multiplici ſpinarum dēſitate vſqꝫ ad cerebrum cōfixum eſt dum cōfigiꝛ ſpina ſpinis pctōꝝ ait dn̄s per ꝓphetam. Circūdedit me populus iſte vt me deleret: vt nec caput tuū: nec tua vulneraret intētio. Caligauerunt oculi tui i morte: et illa luminaria que illumināt orbē: ad horā extincta ſunt. Nōne illis obtenebrātib⁹ tenebre facte ſunt ſup vniuerſam terram: et illa duo magna luminaria cū illis ſubmota ſunt? Hoc autem totū factū eſt vt auerterētur oculi ne viderēt vanitatem: et ſi viderent non adhererēt. Aures ille que audiūt i celis: ſctūs ſctūs. ꝛc. audierūt i terra: demoniū habes. et crucifige crucifige eū. Ut quid hoc? Ne aures tue obſurdeſcerēt ad clamorem pauperis: ne reciperent auditum vane detractionis. Marci xv. ꝛ Luce. xxiij. Spōſa facies illa pre filijs hoīm ſputis illita eſt: afflicta colaphis: addicta deluſionib⁹. Sic eīn ſcriptum eſt. Ceperūt ſpuere i eū: percutere faciē ei⁹: et illudere eū dicētes. Propheciſa nobis qs te pcuſſit. Lu. xxij. Quare hoc? Ut facies tua illuminareꝛ: illuminata cōfirmaretur ꝛ diceret de te: vult⁹ eius non ſunt ampli⁹ i diuerſa mutati. Os illud qđ docet angelos ꝛ hoīes qđ dicit ꝛ facta ſunt: felle ꝛ aceto potatū eſt. et hoc factū eſt vt veritatem ꝛ iudiciū loquereꝛ os tuū: cōfitereꝛ dn̄m deū ſuū. Manus que formauerūt celos extenſe ſunt in cruce: clauiſqꝫ pforate duriſſimis vt tue man⁹ extēderētur ad inopē vt dicere poſſis. Aīa mea ī manib⁹

meis ſemp. Quod tenem⁹ in manib⁹ non facile obliuiſcimur. Sic qui ſuã aĩam bene inprimit orationi/ nõ tradit eã obliuioni. Pectus in q̃ ſunt theſauri ſapiẽ ⁊ ſcientie abſcõditi lancea vulneratũ eſt: vt pectus tuũ a prauis cogitationibus mũdaretur/ mũdatum ſanctificaretur / ſctificatum conſeruaretur. Pedes illi quoꝫ ſcabellum adorare debem⁹ qm̃ ſanctum eſt: dura crucifixione cõfixi ſunt: ne pedes tui feſtinarẽt ad malum / ſed ſemper viam mãdatoꝝ dei incederẽt. Quid plura? Et ipſe dixit ꝑ pſalmiſtam. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meos: dinumerauerũt oĩa oſſa mea. Pro te carnem ⁊ animam ſuã poſuit: vt tũc corpus ⁊ ſpm̃ vẽdicaret ſibi: toto ſe totũ te cõparauit. Ecce gl'ia et honore coronat⁹ ĩ dextera tue maieſtatꝭ aſtitit vultui tuo ꝓ nobis. Caro em̃ ⁊ frater noſter eſt. Reſpice dñe in faciem xpi tui: q̃ tibi obediẽs vſqꝫ ad mortem fact⁹ eſt: nec deberent recedere ab oculis tuis cicatrices ei⁹ in perpetuum: vt ſic memineris q̃tã ab eo pro peccatis noſtris ſatiſfactionem receperis. Utinam appẽdas peccata noſtra qb⁹ iram meruimus: et calamitatem quã pro nobis paſſus eſt innocẽs fili⁹ tuus in ſtatera: vt ſic effundas ſup nos miam tuã. Gratias tibi dñe referat oĩs lingua ſup pietate tua: qui vnico filio cordis tui non peperciſti: ſed pro nobis oĩb⁹ illum tradidiſti in mortem: vt qui eũ quaſi fidelem aduocatum haberem⁹ corã te ĩ celis. Et tibi dñe fortiſſime zelotes q̃d grãꝝ referam? q̃d pro noſtra ſalute facere debuiſti ⁊ non feciſti? Ab imo pedis vſqꝫ ad verticem capitis totũ te ĩ aquis paſſionum demerſiſti: vt me totũ de illis extraheres: et intrauerũt vſqꝫ ad aĩam tuã. Nam aĩam tuã ĩ mortẽ tradidiſti vt meã ꝑditã redderes,

Ps. xxi.

## De reſurrectione dñi apparitio prima: quomodo apparuit matri ſue. Capi. lxxij.

Veniẽs dñs cum honorabili multitudine angeloꝝ die dñico ſummo mane: et reſumens illud corpus ſanctiſſimum ex monumẽto clauſo ꝓceſſit virtute ꝓpͥa reſurgẽdo. Eadẽ aũt hora ſummo mane maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome licentia prius petita a dña ceperũt ire cũ vnguẽtis ad monumentũ. Dña domi remanſit: et orabat dicens. Pater pijſſime ſicut ſcitꝭ mortu⁹ eſt fili⁹ me⁹: et inter latrones crucifixus: et ego ſepeliui eum manibus meis: ſed potẽs eſtis dñe reddere incolumẽ: rogo maieſtatem veſtram vt eũ mihi reddatis. Ubi eſt ipſe? q̃re tardat tantũ ad me venire? Remittite eũ obſecro michi q: non quieſcit aĩa mea niſi videã illũ. O fili dulciſſime/ quid eſt de te? Quid agis? Cur morarꝭ? Rogo te ne differas ampli⁹ ad me venire. Tu enim dixiſti: tertia die reſurgam. Nõne fili mi eſt hodie tertia dies? Non heri / ſed ante heri fuit dies illa mala ⁊ amara valde: dies calamitatis et meroris, tenebrarum ⁊ caliginis: dies ſeparationis ⁊ mortis. Nunc ergo fili mi eſt hodie tertia dies. Exurge igitur gloria mea et omne bonum meum et redi: ſuper oĩa te deſidero videre. Cõſoletur me tu⁹ reditus quã ſic contriſtauit receſſus. Reuertere igiť dilecte mi. Ueni dñe Jeſu. veni ſpes mea. veni ad me fili mi. Ea igitur ſic orante et lachrymas dulciter fundente: ecce ſubito venit dñs ieſus in veſtib⁹ albis: vultu ſerenus: ſpecioſus ⁊ gaudioſus et dixit ei. Salue ſancta parens. Et ſtatim illa ſe ꝟtẽs. Es tu (inq̃t) filius meus ieſus? Et flexis genu

Matth. xxvij. Johel. ij. et Sopho. j.

bus adorauit eū. Et ille ſimiliter
flexit genua dicens. Mater mea
dilectiſſima ego ſum: reſurrexi et
adhuc tecum ſum. Eis aūt ſurgē-
tibus ipſa cum gaudio amplexās
eum vultum vultui applicās for-
titer ſtringebat requieſcēs totali-
ter ſuper eum. Et ipe eam ſuſtēta-
bat. Poſtea ſedētib⁹ illis pariter
diligēter et curioſe intuebat̄ eum
in vultu/ in cicatricib⁹ manuum/
et per totum: querens ſi oīs dolor
ab eo receſſerat. Et ille. Reueren-
da mater: oīs dolor a me abſceſſit:
mortem/ dolorem ꝛ oēs anguſtias
ſuperaui: nec decetero aliquid ſen
tiam. Et illa. Benedict⁹ ſit pater
tuus qui te mihi reddidit: exulta-
tum ꝛ laudatū ſit nomen ei⁹ in ſe-
cula. Stāt ꝛ colloquūtur gauden
tes/ et paſcha ducētes delectabili
ter ꝛ amabiliter. Narrat ei Jeſus
qualiter populum ſuum liberauit
de inferno: et oīa magnalia que fe
cit in illo triduo.

## Quomodo magdalena et alie mulieres iuerunt ad monumentum. Matthei. xxviij. Marci. xvj. Luce. xxiiij. Ca. lxxiij.

MAria magdalena et a-
lie due marie ibant di-
luculo (vt dixi) ad mo-
numētum. Dum ergo
fuerūt extra portā ci-
uitatis reducebāt ad memoriam
afflictiōes ꝛ dolores magiſtri ſui:
et in oīb⁹ locis in quib⁹ notabiliter
contra ipm vel per ipm aliquid fa
ctum fuerat aliquātulum ſuſtine-
bāt genuflectētes ꝛ terrā oſculan
tes: gemitus ꝛ ſuſpiria dātes atqꝫ
dicētes. Hic obuiauim⁹ ei cū cru
ce ſup collum quādo mater ei⁹ ſe-
mimortua facta fuit. Et hic ver-
tit ſe ad mulieres. Hic crucem de
poſuit fatigatus. Super iſtum la-
pidē appodiauit ſe parūper. Ibi
fuit vbi ſic crudeliter impulerunt
fortiter ꝛ expuerunt in eū: et velo-
cius ambulare ꝛ quaſi currere fe-
cerūt. Hic expoliauerūt eum nu-
dum. Et hic ī crucis patibulo affi
xerunt. Et tūc magno clamore et
inūdatione lachrymaꝝ ꝓciderūt
in facies ſuas: et adorauerunt: et
oſculate ſunt crucē adhuc precio-
ſo ſanguine rubricatā. Deīde per-
gētes et eūtes verſus ſepulchrum
dicebāt. Quis reuoluet nobis la-
pidem ab oſtio monumēti? Et re-
ſpiciētes viderūt reuolutum lapi-
dem: erat quippe magnus valde:
et angelū dñi ſedētem ſuper eum:
qui dixit eis. Nolite timere. ꝛc. vt
in euāg. Ille ꝟo fraudate ſpe ſua
qꝛ putabant corpus dñi inuenire/
non attēdētes ꝟba angeli cōterri-
te redeūt ad diſcipulos: dicentes.
corpus dñi ſublatum eſt. Tūc io-
hannes ꝛ petr⁹ cucurrerūt ad mo
numētū. Attēde currūt ipi ꝛ mag-
dalena ꝛ ſocie poſt eos. Oēs cur-
runt ad querēdū dñm ſuū: cor ſuū
et aīam ſuā: currūt multum fideli
ter/ frequēter ꝛ maxime. Cum aūt
venerūt ad monumētum/ aſpiciē-
tes in eo nō inuenerūt corpus: ſed
viderūt lintheamina ꝛ ſudarium:
et receſſerūt. Querūt dñm ſuum
et non inueniūt: et neſciūt vbi am-
plius eū querāt: igit̄ dolētes ꝛ flē
tes recedunt. Marie ꝟo remanſe-
rūt ibi. Et reſpiciētes in monumē
to/ viderūt duos angelos ſedētes
ī ſtolis albis: q̄ dixerūt eis. Quid
queritis viuētem cū mortuis? Il-
le aūt nec tūc attēderūt ꝟba eoꝝ:
nec aliquā cōſolatiōem receperūt
de viſitatione angeloꝝ: qꝛ non que
rebāt angelos/ ſed dñm angeloꝝ.
Et ille due marie elōgauerunt ſe
territe aliquātulum et ſedebāt do
lentes. Magdalena neſciēs quid
faceret: qꝛ ſine magiſtro ſuo viue-
re non poterat: et vbi eū non inue-
niebat: vbiqꝫ eum quereret ignora
bat: ſtabat ad monumētum foris.

ploras. Iterū g̃ reſpiciēs ī monu-
mētū (q2 ſemꝑ ſperabat eū ibi vide-
re vbi eum ſepelierant) vidit ipſos
angelos ſedentes q̇ dicūt ei. Mu-
lier qd ploras? Quē queris? At il-
la. Tulerūt dn̄m meū: et neſcio vbi
poſuerūt eū. Vide mirabilem opi-
nionem amoris. Pauloāte audie-
rat ab vno angelo q2 reſurrexerat:
deinde duob9 q2 viuebat. Nec re-
cordabatur q2 amor hoc faciebat
quia aīa ſua erat vbi magiſter ſu9
erat. Neſciebat cogitare/loqui vel
audire niſi de ip̄o. Cū aūt ſic plora
ret nec curaret de āgelis magiſter
ſuus non potuit ſe ampli9 tenere.
Dn̄s g̃ ieſus hoc refert matri ſue:
dicēs ꝙ voluit ire ad conſolādum
eam. Et mater/ benefacis: q2 mul-
tum te diligit: ⁊ de tua morte mul
tum doluit: ſed memēto redire ad
me. et amplexans dimiſit eum.

## Secunda apparitio

quō apparuit Marie magdalene. Marci vlti. Joh. xx. Ca. lxxiiij.

Venit igit̄ ad monumē
tum ad hortū vbi erat
magdalena et dixit ei.
Mulier quid ploras?
Et illa adhuc non co-
gnoſcēs vt ebria amore dixit. Dn̄e
ſi tu ſuſtuliſti eum dic mihi: et ego
tollā eū. Sēp em̄ ſperabat audire
noua de dilecto ſuo. Et dixit dn̄s
ad eā. Maria. Ip̄a aūt q̄ſi remini
ſcens ⁊ cognoſcēs vocē ei9 cū gau
dio dixit. Raboni: id eſt magiſter.
Dn̄e vos eſtis quē querebā: qua-
re tādiu celaſtis? Et currēs ad pe
des eius oſculare volebat. Dn̄s ꝟo
volēs eā ad celeſtia eleuare vt nō
q̄reret eū ī terra amodo/ dixit. No
li me tāgere. Nondū em̄ aſcēdi ad
patrē meū. Sꝫ dic fratrib9 meis.
Aſcēdo ad patrē meū et patrē ve-
ſtrum: deū meum ⁊ deū veſtrum.
Et addidit. Nōne predixeram ti-
bi ꝙ tertia die reſurgerem? Qua-
re me in ſepulchro querebas? Et
illa. Dico vobis magiſter ꝙ tātus
dolor de acerbitate paſſiōis ⁊ mor
tis veſtre cor meum repleuerat ꝙ
oīm oblita: de nihilo recordabar
niſi de corpore vr̄o mortuo: ⁊ de lo
co vbi ſepelieram eū: ideo vnguen
ta hoc mane detulerā. Benedicta
ſit magnificētia veſtra: quia reſur-
gere et ad nos redire dignata eſt.
Stāt igit̄ dilecti cum iocūditate
et gaudio maximo. Ip̄a aūt curio
ſe aſpicit eū et interrogat de ſingu
lis: ⁊ reſpōſum alacritatis recipit.
Nūc igitur ⁊ hic eſt magnum pa-
ſcha. Licet aūt dn̄s a principio ſic
reſponderit ei: vix tamen credere
poſſum quin eū familiariter tāge-
ret anteq̄ꝫ ille recederet oſculādo
pedes ⁊ manus: ſed diſpenſatorie
ſic fecit a pn̄cipio. vel quia talē ſe
oſ̄ndebat qualis erat ī corde ipſi9.
vel q2 (vt dixi) volebat animū eius
leuare ad celeſtia. Unde Bernar.
Pie em̄ credi pōt ꝙ quē ſic aman
ter ⁊ ſingulariter ante oēs qui ſcri
pti reperiunt̄ viſitabat ad letificā
dum eam non ad cōturbādum la-
ctabat. Myſterialiter igitur non
pertinaciter dixit illō verbū: quia
non pertinax nec durus ſed beni-
gniſſimus dn̄s eſt maxime diligē-
tibus eū. Poſt aliquam morā di-
xit dn̄s ꝙ alios oportet eū viſita-
re. Tūc magdalena quaſi nūq̄ꝫ vo
lens ab eo diſcedere: dixit ei. Dn̄e
vt video: cōuerſatio veſtra nō erit
amodo nobiſcum ſicut conſueue-
ratis: rogo ne obliuiſcamini mei.
Mementote dn̄e beneficioꝝ que
mihi cōtuliſtis ne pereāt: familia-
ritatis ⁊ dilectionis quam habui-
ſtis ad me recordemini dn̄e deus
meus. Et dn̄s ad eam. Noli time-
re: ſed confide ⁊ conſtās eſto: quia
ſemper tecū ero. Tūc benedictio-
ne ab eo accepta/ et xp̄o diſcedēte
venit ad ſocias ſuas: et hec nūcia-
uit eis. Ille vero de reſurrectione

gaudẽtes:ſed qꝛ non viderãt eum dolentes recedunt cum ea.

## ¶ Tertia apparitio qualiter apparuit trib⁹ marijs. Matthei vltimo. Capi.lxxv.

CUm ergo iſte tres marie ſimul pergerẽt/antequã venirẽt ad ciuitatem apparuit eis dñs dicẽs. Auete. Ille vero vltra quã dici poſſet exhilarate et ꝓcidẽtes tenuerũt pedes eius. Hec ſimiliter querunt ꝛ aſpiciunt: et reſpõſum iocũditatis accipiũt: et faciunt magnum paſcha. Dixit eis dñs. Dicite fratribus meis vt vadãt in galileã vbi me videbũt ſicut ꝓdixi eis. Uides ꝙ magiſter humilitatis vocat diſcipulos fratres. Nũquã hãc virtutem dimiſit. Tu aũt ſi de predictis vis intelligentiam ꝛ conſolationem habere/ recordare de his que ſepe dixi:ſcꝫ vt in oĩb⁹ locis et factis ita ſis aĩo ac ſi preſens eſſes corpore.

## Quarta apparitio qualiter apparuit Joſeph qui ſepelierat eum:ex euangelio Nicodemi. Capitulum. lxxvi.

DIſcedens aũt domin⁹ a marijs apparuit Joſeph qui ſepelierat eũ. Captus eñ erat a iudeis ꝓpter eum et recluſus i quodam cubiculo diligẽter ſigillato:et poſt ſabbatum eum interficere volebãt. Apparuit aũt ei dñs ieſus et faciem ei⁹ extersit/ obſequium dedit/et ſaluis ſigillis in domum propriam reportauit.

## Quinta apparitio qualiter apparuit Jacobo minori. Capitulum. lxxvij.

APparuit poſtea etiã dñs Jeſus iacobo minori:q̃ vouerat nunquã manducare niſi videret eum reſuſcitatum. Dixit ergo ei dñs ieſus ꝛ ijs qui cum eo erãt. Ponite menſam. Deinde panem accipiẽs benedixit et dedit eis dicẽs. Comedite dilecti fratres mei quia filius hoĩs reſurrexit a mortuis. Sic ait Hieronymus.

## ¶ Sexta apparitio qualiter apparuit petro. Luce.xxiiij. Capitulum. lxxviij.

CUm aũt Magdalena et ſocie reuertẽtes dominum narraſſent diſcipulis reſurrectionem dñi: petr⁹ triſtis quia dñm nõ viderat/nec quieſcere valens ob amoris magnitudinem receſſit ab eis et ſolus ibat ad ſepulchrum. Neſciebat eñ vbi eum alibi inueniret. Dum ergo iret/dñs ieſus ei apparuit dicẽs. Pax tibi ſymon. Tũc petrus percutiẽs pectus ſuum cum lachrymis ad terram ꝓcidens dixit. Dico culpam meam:qꝛ te dereliqui ꝛ pluries negaui. et oſculatus eſt pedes eius. Dñs aũt eum erigens oſculat⁹ eſt eũ:dixitq̃ ei. Pax tibi. Noli timere/ oĩa peccata dimiſſa ſunt tibi. Bene ego ſciebam vt predixi tibi. Nunc ergo vade et confirma fratres tuos et confide:qꝛ mortem et oẽs aduerſarios deuici. Hic ergo ſimiliter fit magnum paſcha. Stãt ꝛ loquũtur mutuo:et diligẽter petrus aſpicit eũ et ſingula notat. Benedictione ꝓ̃o accepta rediẽs ad dñam ꝛ ad diſcipulos oĩa narrat. Scire aũt debes ꝙ de apparitiõe dñi facta matri nil habetur in euangelijs: ideo poſui eam ante alias:quia ſic videtur tenere eccleſia: vt in legenda de reſurrectione habetur.

## ¶ Quõ dñs ieſus rediijt ad ſanctos patres. Ca.lxxix.

Dominus Jeſus cū receſſit a petro / nōdum viſitauerat ſanctos patres poſt reſurrectionem ſuam: quos in paradiſo delitiarū poſuerat. Rediit ergo ad eos ꝓcidēs in ſtola candida: cum multitudine angelorum. Quem in tanta gloria aſpiciētes a longe cum ingēti gaudio: cū cāticis ꝛ laudibꝰ ſuſceperūt: dicētes. Ecce rex noſter / venite occurramus obuiā ſaluatori noſtro. Magnum principium: et regni eiꝰ non erit finis. Dies ſanctificationis noſtre illuxit nobis. Venite omnes et adorate dñm. Et procidētes in terra adorauerunt eū. Et poſt ſurgentes ꝛ ſtantes corā eo reuerēter et iocūde compleuerūt laudes ſuas dicentes. Apo. v. Vicit leo de tribu iuda. Refloruit caro tua domine. Adimples nos leticia cum vultu tuo dñe delectationes in dextera tua vſqꝫ in finem. Reſurrexiſti gloria noſtra: exultabimus et letabimur in te. Regnum tuum dñe: regnum oīm ſeculoꝝ. Dñatio tua in omni generatione ꝛ generatiōem. Et non diſcedimꝰ a te: reſuſcitabimus ꝛ nos: et nomen tuum exultabimus. Precurſor ꝓ nobis ingreſſus es: pontifex factꝰ in eternum. Hec eſt dies quā fecit dñs: exultemus ꝛ letemur in ea. Cātate dño canticum nouum: qꝛ mirabilia fecit. Appropinquāte hora veſpertina dixit eis dñs Jeſus. Cōpatior fratribꝰ meis: qui ꝓpter mortem meam contriſtati ſunt et conterriti ꝛ diſperſi vt oues errātes / ꝛ multum deſiderāt me videre. Vadam ḡ et oſtēdā me ipſis. Cōfortabo et cōſolabor eos: et cito reuertar ad vos. At illi ꝓcidētes adorauerūt: et dixerūt. Dñe: ſic fiat vt dixiſti.

## ¶ Septima apparitio quomodo apparuit duobus diſcipulis euntibꝰ in emaus. Ca. lxxx.

Cum ergo ex diſcipulis eiꝰ duo irent ad caſtellū emaus quaſi deſperati de ipō: ꝛ eſſent triſtes de iis que acciderāt conferendo dñs ieſus venit: et iunxit ſe illis in ſpecie peregrini et ibat cū illis interrogās eos ꝛ reſpōdēs ꝛ conferēs verba ſalubria. Tandem coactus ab eis intrauit cū illis ꝛ manifeſtauit ſe illis. Attēde ꝛ cogita multiplicem bonitatem dñi. Primo qꝛ non potuit eiꝰ feruens amor ſuſtinere ſuos ſic errare ꝛ cōtriſtari. Vere fidus amicus es ꝛ fidelis comes benignus. dñs iunxit ſe ipſis: querit triſtitie cauſam: et exponit eis ſcripturas inflāmās corda eoꝝ ad oēm rubiginem extirpādam. Sic quotidie nobiſcum facit ſpūaliter. Si enim in aliqua grauati perplexitate vel accidia de ipſo loquimur: ſtatim adeſt cōfortās ꝛ illuminās corda noſtra et inflāmās in amorem ſui. Optimum eſt eñ remediū contra tales peſtes loqui de deo. O q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Similiter ꝛ cogitare de deo. Concaluit cor meum intra me. Secūdo conſidera bonitatem dei: non ſolum ex amore vt dixi / ſed etiā ex humilitate ꝓfunda. Attende qualiter vadit cū eis dñs oīm. Nōne tibi videtur ad primordia humilitatis rediſſe: Exēplum eñ reliquit nobis ſimilia faciendi. Sed in alio attēde dñi humilitatem: qꝛ non eſt dedignatus hos diſcipulos inferioris gradꝰ. Non eñ erant iſti de apoſtolis ſed de aliis diſcipulis minoribꝰ: et tamen familiariter iungit ſe eis, loquitur ꝛ vadit cū eis. Non ſic elati nolūt eñ loqui niſi cū magnatibus et conuerſari et ambulare. Item in alio loco relucet iterum ſua humilitas. Nam ſi conſideras

videbis ꝙ elati nolunt ampulloſa ſua oſtēdere inter paucos: ſʒ dñs cum duob⁹ loquitur archana ſua. Non vilipēdit paucos: im̄o nec vnū. Ptʒ de ſamaritana. ¶ Tertio cōſidera dñi bonitatem ꝗ̄tum ad preſens negocium quō inſtruit diſcipulos in minorib⁹ reficit ꝛ cōſolatur. Fingit ſe longi⁹ ire vt eoꝝ augeat deſideriū vt inuitetur ꝛ teneaẜ ab eis. Et poſtea benigne intrat cū eis: panem accipit ꝛ benedixit manib⁹ ſuis ſanctis: frangit et porrigit: et ſeipſum eis reuelat. Et hoc quotidie facit nobiſcū inuiſibiliter. Nam teneri vult ꝛ inuitari per deſideria/ orationes aſſiduas/ et deuotas meditationes: im̄o oportet orare et non deficere vt ipē docuit. Quod ad noſtrā eruditionem fecit: ſcʒ vt intendamus ad opera pietatis ꝛ hoſpitalitatis: et quō nō ſufficit eloquia diuina legere vel audire/ niſi opere compleātur. Attēde etiam ꝙ non tunc dedit illis diſcipulis magnā ſui copiam: ſʒ ſtatim porrecto eis pane euanuit ab oculis eorū. Nā alios conſolari volebat: cum quibus etiam iſtos conſolatus eſt.

## Octaua apparitio quō dñs ieſus apparuit diſcipulis recluſis in die reſurrectionis. Luce xxiiij. Johānis. xx. Ca. lxxxj.

Redierunt ergo predicti duo diſcipuli ſtati in hierl'm: et inuenientes alios diſcipl'os cōgregatos abſente thoma narrauerunt eis: pariterq̄ audierūt q: ſurrexit dñs ꝛ apparuit ſymoni. Tunc dñs intrans ad eos ianuis clauſis ſtetit in medio eoꝝ dicēs. Pax vobis. Diſcipuli vero ꝓcidētes ad terram ꝛ ſuā culpam dicētes quia ſic eū dereliquerant. ipſum alacriter ſuſceperūt. Tunc dñs ait. Surgite frēs mei: q: oīa peccata veſtra vobis dimiſſa ſunt. Stat igitur familiariter inter eos oſtēdit eis man⁹ et latus: aperuit eis ſenſum vt intelligant et cognoſcāt reſurrectionem ſuam. Petit ſi habēt aliquid ad comedēdum: et manducat cū eis partem piſcis aſſi et fauū mellis. Inſufflat ī eos et dat eis ſpiritū ſanctum. Uides qm̄ oīa plena ſunt iocūditate ꝛ ſapiētia. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo dño. Letantur coram eo qui ſic erāt prius pauefacti. O ꝗ̄ libēter ei porrexerunt vt comederet: ꝗ̄ fideliter ei miniſtrabāt: et ꝗ̄ iocunde aſſiſtebāt ei. Cogita dñam eſſe ibi ꝛ diſcipuli cōgregabantur ad eam: q̄ familiariter ſedebāt iuxta filium ſuum. Dñs aūt ieſus de manib⁹ eoꝝ cibū reuerenter ſuſcipit: et reuerēter matrē honorat coram diſcipl'is. Nec omittas magdalenā diſcipulā et apl'oꝝ apl'am ꝯſpicere q̄liter ad pedes dñi more ſolito ſedet: diligēter audit verba ei⁹. Et ſi q̄d pōt gaudioſe ꝛ toto affectu miſtrat. O q̄lis eſt nunc iſta domūcula: et ꝗ̄ glioſum habitare in ea. None tibi videẜ ī ea magnū paſcha ſi aliq̄d deuotiōis ſentis? Puto ſic. Sed parū ſtetit dñs cū eis: q: erat q̄ſi ſero: tñ forte ipi coegerūt eū aliq̄ntulū plus ſtare rogātes ne ſic cito recederet. An nō credis ꝙ Magdalena ſedet ad pedes ei⁹ tenēs eū cōfidēter ꝛ cū reuerēti audacia ne diſcederet ita cito. Erat eñ indut⁹ veſtib⁹ albiſſimis glie ſue: ſic ei eū tenebat: nō preſūptuoſe ſʒ ꝯfidēẜ faciebat ſicut diligēs ꝛ dilecta: nec dño diſplicebat. Teneri ei vult vt ptʒ ī duob⁹ diſcipl'is eūtib⁹ ī emaus. Tādē dñs reuerētia mřī facta ꝛ ab ea ſilr recepta benedicēs oēs receſſit ab eis. Ipi ꝓ de reuerſiōe rogauerūt eū. Remanſerūt aūt famelici ꝛ ſitibūdi de dño ſuo de quo tātam copiā habere cōſueuerāt: eū ſepe deſide-

rijs reuocātes. Vidiſti quō hodie
habuiſti paſcha. Nam oēs ſupra-
dicte apparitiones fuerunt in die
paſche. Sed ſi forte audiſti ſȝ non
ſenſiſti qꝛ nec forte paſſionem ha-
buiſti. Credo ꝙ ſi in paſſionem ſci-
res conuerti mētem haberes vni-
tam: nec ad varia mūdana diſper-
ſam. Tunc vero dn̄s ieſus rediȷt ad
ſctōꝝ patres: qui corā eo non ocio
ſe/ſȝ iocūdāter laudibꝰ inſiſtebāt.
Quid aūt dixerūt ipſe noluit reue
lare. Tu autē cogita eos quaſi cū
corporibꝰ. Et recolētes beneficia
deo gratias agebant per ſingulas
generationes. Primo offerētes ſe
laudare cū tanꝗ dignū omni lau-
de. Scd̄o recognoſcēdo deū ſuū.
Tertio numerando ipſa beneficia.
Quarto exhortando oēs ad lau-
dem. Quinto ipſum adorādo. In
quibꝰ eos diligēter ꝛ reuerēter at-
tende: quia oīa valde deuota ſunt
et vtilia: non ſolū ad preſentes me-
ditationes/ſed ꝛ laudes ꝛ cantica
que ſibi in patria exhibētur. Inci
piens igitur pro ſe adam ꝛ ſua ge-
neratione ſtans corā eis alacriter
et reuerenter ait.

## Canticum ade pro ſe et ſua generatione. Ca. lxxxi.

Pſ. xij. Exultabit cor meum in
ſalutari tuo: cātabo ti
bi q̄ bona tribuiſti mi-
chi: et pſallam nomini
tuo altiſſime. Tu es
q̄ feciſti celum ꝛ terrā: mare ꝛ oīa
que in eis ſunt in ſapientia feciſti.
Impleta eſt terra poſſeſſiōe tua.
Pſalm. Manus tue fecerūt me. ꝛc. Dedi-
cxviij. ſti mihi intellectū vt ſeruarem mā
Pſalm. data tua. Oīa ſubiecisti ſub pedi-
viij. bus meis. ꝛc. Ego aūt cū in hono-
Pſalm. re eſſem nō intellexi: comparatus
xlviij. ſum iumētis inſipiētibꝰ et ſilis fa
ctus ſum illis. Trāſgreſſꝰ ſum mā
datum tuū. Voci maieſtatis tue
non obediui: propterea repleta eſt
malis aīa mea: et vita mea in infer
no appropiquauit. Circūdederūt Pſalm.
me mala quoꝝ non eſt numerꝰ ꝛc. xxxix.
Mias tuas dn̄e ineternū cātabo. Pſalm.
Exaudiſti de celo ſancto tuo vo- lxxxviij.
cem meā. Inclinaſti celos ꝛ deſcē
diſti: et eruiſti aīam meā de infer-
no inferiori. Tenuiſti manū dexte
ram meā: ꝛ eruiſti aīam meam de
manu inferi ne periret. Proieci-
ſti poſt tergū omnia peccata mea.
Tu me lauiſti ī ſanguie tuo. Que
ego rapui tu exſoluiſti. Mias tu-
as dn̄e ineternū cantabo. Venite
ergo filij audite me: ꝛ magnificate
dn̄m meū. Cātate cāticū. Venite
adoremus ꝛ procidamꝰ ante dn̄m
deum noſtrum. Et oēs proceden-
tes adorauerunt eum.

## Canticum noe pro ſe et ſua generatione. Ca. lxxxij.

Tunc ſurgēs ille ſctūs
noe ſingulariter electꝰ
a deo toto orbe terraꝝ
p ſe ꝛ ſua generatione
hic fuit dn̄o laudes p-
ſecutus. Cōfitebor tibi in toto cor Pſ. cx.
de meo: in cōſilio iuſtoꝝ ꝛ cōgrega
tione. Laudabo nomen dei cū cā
tico. ꝛc. Cum velles de ſuperficie
terre delere hoīem quē creaueras
tu dirupiſti fontes ꝛ torrentes: tu
ampliaſti fluuios ethan. Oīa que
voluiſti feciſti ī mari ꝛ in oībꝰ abyſ
ſis. Tūc auditā feciſti mihi miam
tuā. Diluuiū inhabitare me feci-
ſti. Miſiſti de celo ꝛ accepiſti me.
Oia excelſa tua ꝛ fluctus tui ſup
me trāſierūt. Non me demerſit tē-
peſtas aque: qꝛ firmaſti archā tuā
altiſſime. Nunc adieciſti viſitare
nos ī pace. Dn̄s noſter venit: ſuoꝝ
pauperum recordatꝰ. Venite ꝰ fi
lij ꝛ conſiderate opera dei: ꝗ terri
bilis in cōſilijs ſup filios hoīm. Cā Pſalm.
tate dn̄o canticum nouum: qꝛ mi- xcvij.
rabilia fecit. Et oēs tunc procidē
tes adorauerunt eum.

## Canticum abrahe/iſaac et iacob: pro ſe et ſuis generationibus. Capi.lxxxiiij.

Fidelis quoq; et cunctorū principiū et forma. Abrahain necnon iſaac et iacob pro ſe et ſuis generationib⁹ ſic cecinerunt. Confitebimur tibi de⁹ confitebimur: et inuocabimus nomen tuū ꝛc. Notam feciſti in populis virtutē tuā: redemiſti in brachio tuo filios iſrael iacob et ioſeph. Memores erim⁹ teſtamenti tui ꝛc. Non dimiſiſti hominē nocere nobis: et corripuiſti pro nobis reges. Elegiſti nos hereditatem tuam nomen a ſeruis tuis aſſumpſiſti. De ſemine noſtro ſalus oīm factus es: et ꝑmiſiſti. Non enī angelum dn̄e: ſed ſemē abrahe apprehendiſti. Memor fuiſti verbi ſancti tui. Tu nos gloria noſtra redemiſti. Montes iſrael ramos vr̄os expandite: et florete ꝛ fructus facite: quia lux mundi domin⁹ cum potentia vel gloria reſurrexit. Cātate ei canticū nouū: bn̄ pſallite ei in vociferatōe. Qui timetis dn̄m laudate eū ꝛc. Exultemus dn̄m deum noſtrū et adoremus ſcabellum pedum eius: quoniā ſanctum eſt. Et omnes procidentes adorauerunt eum.

Pſalm. lxxvj.

## Canticū moyſi et ioſue pro ſe et generationibus ſuis. Capitulū.lxxxv.

Adhuc illi viri ſublimes duces caſtrorum et populi dn̄i moyſes et aaron: phinees et ioſue dn̄m ieſum ꝑ ſe et ſua gn̄atione totaliter laudauerunt. Cantabimus tibi dn̄e: glorioſe enim magnificat⁹ es vehementer fortitudo, ꝛ laus noſtra: factus es nobis dn̄e in ſalutem. Narrabim⁹ laudes tuas et mirabilia que feciſti ſigna in manibus noſtris poſuiſti pharaonē et ſeruos eius om̄es. Abſtuliſti populū tuū de medio eorum: in manu potenti ꝛ brachio excelſo. Diuiſiſti mare rubrū in diuiſiones. Eduxiſti nos per mediū eius. Eduxiſti nos cū argēto ꝛ auro: et non erat in tribubus noſtris infirmus. Dediſti nobis mānā ad manducandū. Panē angeloꝝ mā ducauim⁹. Eduxiſti ppl'm per deſertum in manib⁹ noſtris. Lex tua immaculata cōuertens aīas quā nobis tuo digito ſcpſiſti. Q̄ dulcia faucib⁹ noſtris eloquia tua dum nobiſcum dn̄e loquebaris. Dediſti nobis in poſſeſſionem terram gentium deſiderabilē. Nunc autē tu deus noſter et legifer: ad tuos ſaluandos deſcendiſti. Et vos filij videte opera dei: ꝛ glorificate nomē eius. Jubilate deo oīs terra ꝛc. Et omnes ꝓcidētes adorauerūt eum. Et refertur ꝙ iſte eſt hymn⁹ quē chriſtus dixit in cena cum diſcipulis quando dicit. Et hymno dicto exierūt in montē oliuarum.

pſ. xviij

## Canticū dauid et alioꝝ prophetarum pro ſe et ſua generatione. Capitu.lxxxvj.

Poſt hec dauid rex populi dn̄i ac ꝓphetarū eximius: ꝛ pſalmoꝝ et canticorum precipu⁹ cōpilator tali cantico pro ſe et ſua generatiōe deū honorauit. Deus canticū nouū cantabo tibi: in pſalterio decacordo pſallam tibi. Qui das ſalutē regibus ꝛc. Memor fuiſti dn̄e dauid: ꝛ omnis manſuetudinis eius. Suſtuliſti eū de gregib⁹ ouiū et regē dn̄s vnxiſti eum. ſcʒ hereditatis tue. feciſti ei nomē grande: ꝛ precinxiſti eū virtute ad bellum. Juraſti mihi nec me fruſtrat⁹ es: de fructu ventris mei naſci. Semper ſit filia mea bn̄dicta per cui⁹ ſacrū vterū

tranſiſti. In eternū non obliuiſcar iuſtificationes tuas ꝛc. Multiplicaſti ſuper me miam tuam. Prophetam me iſrael dediſti ad hanc vocē iunxerūt ſe eſaias/ hieremias/ ezechiel/ daniel et oēs pphete ad dauid ad laudes ſoluendas dn̄o. Et ſimul cum ipſo deinceps
Pſal. l. dixerūt. Incerta et occulta ſapiē tue manifeſtaſti nobis. Audiebamus que loquebaris in nobis. magnifica nobis reuelabas. Expectauimꝰ ſalutare tuū dn̄e: vt ante nobis pmiſiſti. Ecce nunc faciē tuā oſtendis: ades qui nobiſcū loquebaris. Oēs ergo ei genuflectamꝰ quia ipſe eſt dominꝰ deus noſter. Et omnes procidentes adorauerunt eum.

## Canticum eſdre/neemie/et ceterorum de tranſmigratione babylonis. Cap. lxxxvij.

Preterea illi viri excelſi/eſdras/neemias/ et ceteri de tranſmigratiōe babylonis: tales laudes dn̄o exoluerūt.
pſ̄. cx. Cōfitebimur tibi dn̄e in toto corde noſtro: laudabimus mirabilia tua: deus in ſancto via tua quis deus magnus ꝛc. Sed in humilitate noſtra memor fuiſti noſtri. Omnes gentes plaudite ꝛc. Nos aūt populꝰ eiꝰ ꝛ oues paſcue tue: laudamꝰ te. Et omnes pcidentes adorauerunt eum.

## Cāticū ſymeonis/iohannis baptiſte/ ꝛ coꝝ qui fuerūt tempore chriſti. Capi. lxxxviij.

Cum autem non ſolum de antiquis patribus vel generatiōibus ſed de ipſius dn̄i ieſu tempore plures inter ſanctos patres prius in limbo: ꝛ nunc in paradiſo terreſtri eſſent ſymeon et iohannes baptiſta: ſacratiſſimi innocentes et felix ille latro cum domino ieſu crucifixo volentes et ipſi laudes domino exoluere: ſic dixerunt. Confitebimur tibi domine ſm̄ iuſtitiam tuam: et nomini tuo pſallemꝰ. Deus tu docuiſti nos a iuuentute noſtra et vſqꝫ nunc pronunciabimꝰ mirabilia tua. Tu es agnus qui tollis peccata mundi. Tu es qui omniū miſererɩ. Sicut audiuimꝰ ſic te vidimꝰ oculis no-
ſtris. Ex ore infantiū ꝛ lactantiū pſ̄. viij.
perfeciſti laudē. Modicū eni laborauimus: et multā gloriam contuliſti nobis. Et vidimus gloriam tuam quaſi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis. Et omnes procidentes adorauerunt eum.

## Canticum angelorum. Capitulum. lxxxix.

Quia vero nō eſt veriſimile q̄ a laude dn̄i ceſſarēt angeli ſancti q̄rū ibi erat multitudo copioſa, cum hoc ſit precipue eorum officium: vt reſtaurationis ſue recognoſcant beneficium: ideo ipſi exultantes coram domino totaliter iubilauerunt. Alleluia/ alleluia/ alleluia. Te decet laus: te decet hymnus: et tibi reddetur votū in hieruſalē. Hymnum tibi domine cantabimus de canticis ſyon. Exaltare ſuper ce-
los deus ꝛc. Confeſſionē et deco- Pſalm.
rem induiſti ꝛc. Omnia per te fa- ciij.
cta ſunt alleluia alleluia. Exaltaſti vt gygas ꝛc. Cum eſſes rex noſter ante ſecula: te feciſti pauperē alleluia. Minoraſti te paulominꝰ a nobis vt noſtras ruinas reparares alleluia. Benigne feciſti in volūtate tua ſyon: vt edificarent ſupna hierl̄m alleluia alleluia. Habitātes in domo tua: in ſecl̄a ſeculorum laudent te alleluia. Et p omnes vicos tuos cantabit alleluia. Tu facis angelos tuos ſpiritus:

et miniſtros tuos ignem vrentem. Tu numeras multitudinem ſtellarum. Benedicite angeli dñi domino. Laudate eum oēs angeli eius. Adorant te omnes angeli tui alleluia. Et plura alia que omitto. Tunc omnes procidentes adorauerunt eum. In talib⁹ canticis et laudib⁹ ſtabant oēs ſancti patres et angeli coram domino quando erant cū eis reuerenter alacriter et deuote: et quaſi glorioſi et beati continue iubilabant. Aſpice ergo eos: et cum leticia congratulare eis: et attende que dicunt et diſce deū laudare venerari: ꝛ ei gratias agere: beneficia ſua recognoſcere: et toto affectu ſtudioſe ad illam gloriam pertingere vbi ſemp cū tam nobili multitudine in conſpectu dei tui in laudibus perſeueres.

## ¶ Nona apparitio quomodo apparuit vndecim diſcipulis ianuis clauſis. Johannis. xx. Capitulum. xc.

Aduenīente autem die octauo reſurrectionis iterꝫ appuit dñs ieſus ianuis clauſis diſcipulis: et erat thomas cū eis qui prima die non fuerat. Et cum alij narrarēt ei ꝙ dominū viderant: reſpondit. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum ꝛc. non credam. Dixit ergo paſtor bonus de ſuo grege puſillo ſollicitus. Pax vobis. Deide dixit thome. Infer digitum tuum huc: et noli eſſe incredul⁹ ſed fidelis. Tūc thomas procidens tetigit cicatrices et dixit. Domin⁹ meus ꝛ de⁹ meus. Hominē vidit et deum credidit. Dixit etiam ſuā culpam de hoc ꝙ dereliquerat eum ſicut alij dixerunt. Domin⁹ autem erigens eum dixit. Noli timere omnia dimiſſa ſunt tibi. Hoc autem de thome dubitatione permiſſum eſt diſpenſatorie: vt euidentioribus argumentis reſurrectio domini probaretur. Conſidera benignitatem et humilitatem ac feruētem amorem eius quomodo mōſtrauit thome et alijs diſcipulis vulnera ſua vt tolleret omnem obſcuritatem a cordibus eorum ad ipſorum et noſtram vtilitatem. Reſeruauit autem ſibi domin⁹ cicatrices vulnerum propter tria: maxime vt fidem faceret apoſtolis de reſurrectione: vt ipſas oſtēdat patri quādo vult placare eum et interpellare pro nobis. Eſt enim aduocatus noſter. Et vt eas oſtendat reprobis in die iudicij. Stat igitur dominus ieſus cum matre et diſcipulis ſuis per aliquā moram loquēs de regno dei. Et ipſi cum eo in leticia magna audientes illa verba excelſa: et aſpicientes faciem eius plenam gaudio et decore. Attende eos circumſtātes et dominam familiarius iuxta eum: magdalenam vero ſemper ad pedes eius. Sta igitur tu mente reuerenter et iocunde a longe: ſi forte miſericordia motus faciat te vocari. Tandem dixit eis vt vadant in galileam in montem Thabor (vt dicitur) et ibi apparebit eis. Et benedictione data diſceſſit ab eis. Ipſi vero remanſerūt vt prius famelici et ſitibundi de ipſo ſed plurimum confortati.

## ¶ Decima apparitio facta diſcipulis in Galilea in monte Thabor. Matthei vltimo. Capitulum. xcj.

Poſt hec diſcipulis ad dictū locū thabor pergentib⁹ iterꝫ apparuit eis dñs dicens. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo et in terra. Ite docete om-

nes gentes baptizantes eos in nomine patris/et filij/et ſpiritusſancti: docentes eos ſeruare que mandaui vobis. Et ꝯfortemini quia ego ſum vobiſcũ omnib⁹ dieb⁹ vſqʒ ad cõſummationẽ ſeculi. Adorauerũt autẽ eum in ſuo aduẽtu cum magna iocũditate. Manifeſtauit autem eis qualiter eſt dñs omnium. Dat eis mandatũ predicãdi ꝛ formam baptizandi: et vigorẽ p maximum cũ dixit ꝙ ſemp erit cum eis Uides quantã iocunditatem dat eis ꝛ que inſignia charitatis. His igitur dictis per dñm ieſum ꝛ data bñdictione diſparuit ab eis.

## ¶ Undecia appitio facta ſeptem diſcipulis piſcãtib⁹ in mari: et comedit dñs ieſus cũ eis. Johannis vlti. Capi. xcij.

Diſcipuli vero adhuc remanſerũt in galilea: fuerunt aũt quadam die piſcatum ad mare tyberiadis ſeptem ex eis: ꝛ per totã noctẽ nihil ceperũt Mane autẽ facto dñs apparuit eis: et ſtetit in littore maris. Querens igitur dñs ieſus ſi aliquid cepiſſent: dixerũt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rhete: et inuenietis. Miſerũt igitur ꝛ ceperunt magnam copiam piſcium. Dixit tunc iohannes petro. Dñs eſt. Tunc petrus nudus exiſtens ſuccinxit ſe tunica ꝛ feſtinus venit per mare. Alij vero nauigio venerunt. Et cum deſcendiſſent: viderunt piſcem poſitum ſupra prunas. Domin⁹ enĩ hoc eis parauerat. Fecit etiam accipi de piſcib⁹ eorum et aſſari. Et ſimul cum eis comedens fecit conuiuiũ cum eis in littore maris et conſuete miſericordie et humilitatis more miniſtrans: panem porrexit eis: ꝛ piſcẽ fregit et dedit eis. Stant reuerenter et alacriter iſti cum domĩo ſuo pariter comedentes aſpiciẽtes faciem eius deſiderabilem ꝛ iocundam et exultant in cordibus ſuis. Accipiunt eſcas de ſacratiſſimis manibus eius ꝛ reficiũtur non minus ſpiritualiter ꝙ̃ corporaliter. O quale cõuiuiũ eſt iſtud. Attende vt eis paſcaris cogitando ꝙ̃ vtilia ſunt et pulchra iſta. Nam completo iſto ſolẽni conuiuio dixit dominus petro. Diligis me plus his dixit ei. Domĩe: tu ſcis quia amo te. Dominus dixit. Paſce agnos meos. Et iterum ſic interrogans: recõmendauit ei gregem ſuum. In quo charitatem ꝛ benignitatem dñi ſolidam conſidera. Aperte vides ꝙ̃ diligẽter imprimit reiterat/affectuoſe recõmendat animas noſtras petro. Iterũ domin⁹ poſt hec predixit petro mortẽ ſuam dicens. Cum eſſes iunior cingebas te ꝛc̃. Declarans qua morte eſſet moriturus: quia per paſſionẽ crucis clarificaturus eſſet deũ Et cum de iohanne petrus quereret: hic autem quid. Domin⁹ reſpõdit. Sic eum volo manere donec veniam. quaſi diceret. Nolo ꝙ p viam paſſionis me ſequatur: ſed in ſenio et cõtemplatione quieſcat Quod alij diſcipuli vix intelligerunt ꝙ non moreretur. Sed hoc non erat magnum donum cum ſit melius diſſolui et eſſe cum chriſto. Attendiſti ꝙ multa dicta/ factaqʒ ſunt et magnifica in hac apparitione. Poſt hec diſparuit dominus ab eis et more ſolito rediit ad ſanctos patres: diſcipuli vero cum magno gaudio remanſerunt. Et poſtea redierunt hieruſalem.

## ¶ Duodecima apparitio qualiter apparuit domin⁹ ieſus pluſꝙ̃ quingentis fratribus ſimul. Capitulum. xciij.

ITerū apparuit dn̄s ie-
ſus vltra q̄ quingētis
fratrib⁹ ſimul:ſed quo
loco/ vel qn̄ nō eſt ſcri-
ptū. Et ſtans inter eos
loquēſq; de regno dei magna eos
iocunditate impleuit. Habes igit̄
duodecim apparitiones dn̄i poſt
reſurrectionē vſq; ad aſcenſionem
abſq; duab⁹ cū aſcenſione ꝓxime
dicendis. Et ſic fuerūt .xiiij. Sci-
re tamen debes q in euāgelijs nō
ſunt ſcripte niſi decē. Nā q appa-
ruit matri:non eſt ſcriptum in aliq̄
loco:ſed ſic creditur. Quomodo
autē apparuit ioſeph:legit̄ in euā
gelio nicodemi. Quomō etiam ia
cobo minori:ſcribit apl's ad corin-
thios. De q̄ngentis fratribus ſcri
bit idem apoſtol⁹. Alie vero ſcribū
tur in euangelio. Potes etiā me-
ditari de plurib⁹. Nā v̄iſimile eſt
q dn̄s benignus ſepe matrē et di-
ſcipulos viſitabat:⁊ magdalenam
dilectam diſcipulā confortans et
exhilarās eos qui ſic vehementer
de paſſione ſua fuerāt perterriti.
Quod etiā beatus Auguſt. ſentit
dicēs. De tēpore poſt reſurrectio-
nem nō om̄ia ſcripta ſunt. Crebra
erat eius cōuerſatio cū eis. Et for
te ipſi ſancti patres maxime abra-
ham et quib⁹ facta fuit ꝓmiſſio
de filio dei veniebant cū eo ad viſi
tandū illam ſuā gl'ioſam filiam ſcȝ
matrē dn̄i q̄ pro eis ⁊ oib⁹ gratiā
inuenit ⁊ genuit redēptorē. O q̄
letanter eam aſpiciebāt ⁊ reueren
ter ſe inclinabant:et omni qua po-
terant bn̄dictione colebant q̄uis
nō viderentur ab ea. Cogita ſolitā
benignitatē/ charitatē/ et hūilita-
tem dei. Unde facim⁹ mētionē q
iſta in omnib⁹ factis eius relucent
q poſtq̄ reſurrexerat:adhuc pere
grinari ꝑ q̄dragita dies voluit: vt
ſuos diſcipulos cōfirmaret ⁊ robo
raret. Digne nēpe poſt tot annorū
curricula:poſt tot labores ⁊ affli-
ctiōes: poſt tā ignominioſā ⁊ acer
bam mortē poterat triūphator ad
ſuam gloriā remeare ⁊ ꝑ ſuos an-
gelos ꝯfirmare et ꝯfortare apl'os
ꝓ ſuo nutu. Sȝ hoc nō patit̄ cha-
ritas ſua:ſed pſonal'r voluit ꝯuer-
ſari;cū eis p.xl. dies apparens eis
in multis argumētis ⁊ loquēs de
regno dei. Pro eis fecit hoc ⁊ pro
nobis:ſed nō aduertim⁹. Dilexit ⁊
diligit valde/nec diligit̄ ad talē et
tantū ignē non ſolū calefieri ſed ar
dere deberemus.

## De aſcenſiōe dn̄i noſtri ieſu xp̄i. Act.j. Cap.xciiij.

CIrca dn̄i aſcenſionē te
eſſe vigilē oȝ: vt ſi vnq̄
toto mentis conatu te
preſentē exhibuiſti ver
bis et factis ei⁹: nunc
multo mag' facias. Nā hec ſolēni-
tas ſuperat oēs alias: vt infra cla-
rius oſtēdā. Saltē hoc animet te
ad attētionē qūo nunc aſcenſurus
corporali pſentia ꝯpleto ſue pere-
grinatiōis curſu opatur. Un̄ v̄ba
et facta eius ſunt attenti⁹ ꝯſiderā
da. Quelibȝ aīa fidel' dȝ ſpōſum
ſuū deū ⁊ dn̄m ſuū in ei⁹ diſceſſu
diligētiſſime obſeruare: et q̄ ꝑ eū
dicūtur ⁊ fiunt mēte viceroſi⁹ am
plecti ⁊ ei ſe deuotius ⁊ hūili⁹ re-
cōmēdare ac total'r animū ſuum
ab alijs retrahere. Die igit̄ q̄dra-
geſimo a reſurrectiōe ſciēs dn̄s ie-
ſus q: venit hora vt trāſeat ex hoc
mūdo ad prēm: cū dilexiſſet ſuos
in finē dilexit eos. Accipiens igit̄
de paradiſo terreſtri ſctōs prēs et
illas om̄es ſctās aīas ⁊ bn̄dicens
enoch ⁊ helye ibi remanētib⁹ ⁊ ad
huc viuentib⁹ venit ad diſcipulos
ſuos q̄ erant in cenaculo in monte
ſyon cū mr̄e et alijs. Et apparens
eis voluit aū diſceſſū ſuū prādere
cū illis in ſignū mēoriale dilectio-
nis ⁊ gaudij. Om̄ib⁹ igit̄ ſimul co
medentib⁹ cū letitia magna in hoc

vltimo conuiuio dñi ſui: dixit eis
dñs ieſus. Tps eſt vt reuertar ad
eum q̄ me miſit: vos aūt manete in
ciuitate donec induamini virtute
ex alto: qꝛ ĩfra paucos dies reple=
bimini ꝟtute ſpūſſancti ex alto: vt
vobis promiſi. Poſtea ibitis per
vniuerſum orbē predicātes euan=
geliū meum et baptizantes credē
tes: et eritis mihi teſtes vſqꝫ ad vl=
timū terre. Exprobrauit aūt incre
dulitatē eorum: qꝛ hjs qui viderāt
eum reſurrexiſſe nō crediderāt ſcꝫ
angelis ſuis. Hoc nūc maxime fa
cit cum predicandū eſſe dicebat
Quaſi diceret. multomagis vos
debebat; angelis credere / ⁊ āteqū
videretis me: q̄ gētes que credēt
vobis predicātibus nō me viderīt
fecit autem hoc vt ſuū defectū co
gnoſcentes: humiliores eſſent: oſtē
dens eis in diſceſſu ſuo q̄tum pla
cebat ei humilitas quaſi eā pecu=
liariter recōmēdaret eis. Queren
tibus autem eis de futuris tpibꝰ
noluit eis reſpondere: qꝛ non expe=
diebat eis. Stātes igit̄ comedūt/
loquūtur de pn̄tia dñi ſui gaudēt
ſed turbātur de receſſu eius. Tan
ta amoris dulcedine ⁊ magnitudi
ne diligebant eum: qꝛ verba de re=
ceſſu ſuo nō poterāt equo tolerare
aio. Quid aūt dicā de mr̄e iuxta
eum prandente: que ſup oīs ſic in
tenſe eum amabat. An non credis
qꝛ ad hec verba diſceſſus ſui maxi
me dilectiōis tacta et cōmota dul
cedine reclinaret caput ſuū ſup fi=
lium ſuū: ⁊ recūberet ſup pectus
eius. Nā ſi iohānes fecit in cena:
multomagis meditari potes de
ipſa. Vā ſuſpirās cum lachrymis
dicebat ⁊ rogabat eū dicens. Fili
mi ſi diſcedere vis: duc me tecum.
dñs aūt conſolās eā dicebat. Ro=
go mater chariſſima ne moleſte fe=
ras diſceſſum meū: quia vado ad
patrem. Te autem hic remanere
expedit ad tempus: ad cōfirman=
dos credentes. Poſtea veniam et
aſſumam te ad gl'iam meam. Ad
quem mater. Fili dulciſſime fiat
volūtas tua. Nam ego non ſolum
remanere ſed ⁊ mori parata ſum ꝓ
animabꝰ pro quibꝰ tu mortuꝰ es:
ſed eſto memor mei. Dñs autem
eam/ diſcipulos ⁊ magdalenā con
ſolabat̄ dicens. Non turbetur cor
veſtrum neqꝫ formidet. Non relin
quam vos orphanos vado ⁊ venio
ad vos ⁊ ſemper ero vobiſcū. Tan
dem dixit eis vt vadant in montē
oliueti: qꝛ inde volebat aſcendere.
et tunc diſparuit ab eis. Mater ḡ
et alij ſine mora iuerūt ad dictum
montem qui eſt prope hierl'm ad
vnū miliare: et ibi iterū apparuit
eis. Ecce hodie habes duas appa
ritiones. Amplexatus eſt matrem
vale faciens eis. et mater eum. Di
ſcipuli autem et magdalena ⁊ om=
nes alij procidentes ⁊ lachrymān=
tes: oſculati ſunt pedes eiꝰ. Ipſe
autē erigēs eos: benigne oſculatꝰ
eſt. Erant autē inuiſibiliter ſancti
pr̄es qui libēter et reuerēter intue
bant̄ dñam ⁊ benedicunt per quā
tāta beneficia ſunt aſſecuti. Quo
modo etiā intuētur illos excellen=
tes pugilles ⁊ duces exercitꝰ dñi
quos inter oēs elegit dñs ad pu=
gnandū ⁊ vincendū diabolū. Tan
dem cūctis myſterijs cōpletis: ce=
pit dñs ieſus eleuari ab eis et aſcē
dere ꝓpria virtute ſua. Tunc ma=
ter ⁊ oēs alij ꝓciderūt in terram:
et dixit dña. Fili mi benedicte me
mor eſto mei: qꝛ ꝓpter diſceſſum
nō poterat lachrymas continere.
Gaudebat tn̄ valde: qꝛ filiū ſuum
cernebat tā glorioſe celos petere.
Silr̄ ⁊ diſcipli dicebāt. Dñe ꝓ
te dimiſimꝰ oīa memor eſto noſtri
Ipſe aūt eleuatis manibꝰ facie ſe
renꝰ ⁊ gaudens more regio coro=
natus: ⁊ ornatus triūphaliter re=
ferebat̄ in celum: ⁊ bn̄dicens eis
dixit. Cōſtantes eſtote ⁊ viriliter

agite: q2 ſemꝑ ero vobiſcū. Aſcēde
bat aūt ducēs ſecum illā multitu-
dinē nobilē iter pandens ante eos
vt ꝑdixerat ꝓpheta micheas. Do
min⁹ itaq3 glorioſus aſcendebat ⁊
ꝓcedebat eos viā eis oſtendens.
Et ipſi cantātes ⁊ iubilātes leti/ſe
Sal. j. quebant eū dicentes. Cantemus
dn̄o qui aſcēdit ſuꝑ occaſum dn̄s
nomen illi. Benedict⁹ es dn̄e q̄ ſal
uas ſperātes in te: deducēs popu-
lū tuū in exultatiōe ⁊ electos tu-
os in letitia. Aſcendis in altū: pro-
ſperū iter faciens nobis. Educis
in fortitudine vinctos. In conſpe
ctu angelorū tibi pſallem⁹. Gloria
laus ⁊ honor tibi ſit chriſte rex re-
demptor. Interim aūt michael ꝓ-
poſitus paradiſi pagens nūciauit
q̄ domin⁹ aſcēdebat. Et ecce bea-
torū ſpirituū ordines ſeriatim per
acies ſuas ei occurrunt. Unus ex
eis nō remāſit qui nō veniret ob-
uiam dn̄o ſuo: et inclinātes cū om
ni qua poterāt reuerētia tāto dn̄o
deducebant eū cum hymnis ⁊ cā-
ticis ineffabilib⁹. Quis eni poſſet
cant⁹ ⁊ iubilos q̄ ab ipſis fiebant
explicare? Aduenerūt ꝙ ꝓncipes
cōiuncti pſallentib⁹: dicentes alle
luia alleluia alleluia: q2 victoriam
gl'ioſe feciſti. Nunc tibi regnanti
pandim⁹ ecce melos. Alleluia: be-
nedictus es qui ambulas ſuꝑ pen
nas ventorū alleluia. Dign⁹ es do
mīe omni laude ⁊ honore alleluia.
Ecce aſcendūt oīs trib⁹ trib⁹ do
mini vt cōfiteant̄ ⁊ dicāt alleluia.
In his et ſilib⁹ dn̄m honorabant
corā ipſo exultantes ⁊ ei feſtū ho-
norificum celebrātes. Et q̄s poſ-
ſet hoc gaudiū enarrare qd̄ tā bea
tiſſimi ſpūs q̄ ſancti pr̄es habuerūt
cum ſibi occurrerūt. Supni ꝙ ſpi
rit⁹ dn̄o prius reuerentia exhibi-
ta: et cāticis expletis cū magna le
titia dicebant. Principes ꝑplorū
bene vos veniſſe gratulemur alle-
luia. Pſallite igitur deo noſtro al
leluia. Pſallite ei qui aſcēdit ſuꝑ
celum celi ad orientem. Alleluia.
Cuſtodes ⁊ adiutores noſtri gau-
dium et pax vobis alleluia. Pſal-
lite vos regi noſtro alleluia. Simi-
ter autem ſe exhortantes dicebāt
ſimul. Nos capiet vrbs veneran-
da alleluia. Et ſancti patres reſpō
debant alacriter: principes popu-
li dn̄i alleluia. Uides igit̄ q̄ oēs
pſallebant ⁊ iubilabant. Nā iuxta
ꝓphetam. Aſcendit deus in iubi- ps. xlvj.
latione: et dn̄s in voce tube. Aſcen
debat autem dn̄s ieſus ꝓ conſola-
tione matris et diſcipulorū: quſq3
videre poterāt eum. Et tūc nubes
ſuſcepit eum ab oculis eorum ⁊ in
momēto cum omnib⁹ angelis pre-
dictis et ſanctis patribus fuit in
patria. Sic enim dicit ſanct⁹ pro-
pheta. Ponis nubē aſcenſum tu- ps. ciij.
um domie: qui ambulas ſuper pē
nas ventorum. Penne ventorum
dicuntur ſummitates ventorum
ſcilicet partes ille que precedunt
et velociores ſunt. Et ille veloci⁹
aſcēdit et quo nubem interpoſuit
Stabant autem mater/ diſcipuli/
magdalena/ et alij genibus flexis:
⁊ intuebantur in celū euntem illū
quouſq3 poterant. O quid erat vi-
dere dominū ſic glorioſe aſcenden-
tem. Et quid ſi quis poſſet audire
⁊ videre illos beatiſſimos ſpiritus
⁊ animas ſanctas cum eo pariter
aſcendentes ⁊ incedentes. Forte
pre gaudio fuiſſet aīa talis a cor
pore ſeparata: ⁊ cum eis aſcendiſ-
ſet. Cum igitur vultibus adhuc
eleuatis aſpicerent: ecce duo an-
geli ſteterunt iuxta illos in veſti-
bus albis/ dicētes. Uiri galilei q̄d Act. j.
ſtatis aſpiciētes in celū? ſic veniet
quemadmodū vidiſtis eū euntē in
celū. Redite ꝙ in ciuitatē et expe
ctate ſicut dixit vobis. Attende
quō de illis erat ſollicit⁹. Nā ſtati
vt euanuit ab oculis eorū: miſit an-
glos ſuos ne nimis ibi ſtantes fa-

tigarentur ⁊ vt cõſolarent̃ audiē-
tes angelicū teſtimoniū cõcorda-
re ſecum de aſcēſione dñi. Auditꝭ
igit̃ his v̄bis: dña rogauit humili
ter ipſos angelos: vt eā recõmēda
rent filio ſuo. Illi vero vſq; ad ter-
ram inclinati: libenter ſuſceperūt
mādatū eius. Silr̃ apoſtoli/ mag-
dalena/ ⁊ omnes alij dixerūt illis.
Illis itaq; diſparētibꝰ ipſi reuerſi
ſunt in ciuitatē ad mōtē ſion: ibiq;
morabātur expectātes vt dñs ieſꝰ
mādauerat eis. Dñs aūt ieſus cū
vniuerſa p̄dicta felici ⁊ magnifica
multitudine aperiēs ianuas para
diſi: vſq; tūc hūano generi clau-
ſas: intrauit triūphaliter ⁊ glorio-
ſe: gaudioſe ac reuerēter: ⁊ p̄ri ge-
nuflectēs ait. Pater: gr̃as ago ti-
bi qui mihi dediſti victoriā de om
nibꝰ aduerſarijs meis. Ecce ami-
cos noſtros q̄ capti tenebant̃/ tibi
repreſento. Sed fratribꝰ ⁊ diſcipu
lis meis quos in mundo reliqui:
promiſi mittere ſpm̄ ſanctū. Rogo
mi pater: vt impleas p̄miſſionem
meam: et eos tibi recõmēdo. Tūc
pater erigēs eū fecit ſedere a dex-
tris ſuis et dixit. Bn̄dicte fili mi:
oēm poteſtatē et iudiciū dedi tibi
de iſtis diſcipulis tuis/ ⁊ de miſſio
ne ſpūſſancti. p tuo velle diſpone.
Omnes autē ſancti p̄res ⁊ beatiſſi-
mi ſpūs q̄ adorantes p̄ciderāt in
facies ſuas corā p̄re ſurgētes rein
ceperunt cātica et iubilāt coram
deo laudes. Si eni moyſes ⁊ aarō
poſt tranſitū maris rubri cecinerūt
Exodi. xiiij. corā dño dicentes. Cantemꝰ dño
⁊c. q̄to magis modo cūctis aduer-
ſitatibꝰ ſuperatis? Similr̃ cū da-
uid deducebat arcā dei i hierl'm:
ſi totꝰ populꝰ canebat legitime et
dauid cū cātoribꝰ cytharā p̄cutie
bat: ⁊ oēs corā dño laudabāt q̄to
magis nunc faciunt qui vere ſunt
coram dño in tanto gaudio cõſti-
Apoca. xiiij. tuti? Et refert iohannes q audi-
uit in celo centū quadraginta q̄t-
tuor milia ſicut cytharedorū cy-
thariſantiū in cytharis ſuis: ⁊ can
tabant quaſi canticū nouū ante ſe
dem dei ⁊ agni: qd̄cūq; gaudiū il-
lud ſignificet. Ergo ipm̄ multoma
gis hodie p̄tigiſſe meditabor. Om
nes igitur ibi p̄ſtituti pſallūt: om̄s
exultant/ oēs letant̃/ omnes can-
tant/ om̄es gaudēt/ oēs iubilant/
om̄es manibꝰ plaudunt/ oēs cho-
riſant/ om̄es iocūdant̃/ omnes tri-
pudiant. Vere nunc in ſup̄na hie-
ruſalē audit̃ canticū leticie et per
om̄es vicos eius cātatur ⁊ dicit̃
ab vniuerſis alleluia. Nūquid ab
origine mūdi tale feſtū et tantum
paſcha tāq; ſolēne fuit celebratū?
Nec vnq; erit forte: niſi poſt diem
iudicij cum oēs electi tibi preſen-
tabūtur cū corporibꝰ glorificatis.
Propterea dixi tibi in p̄ncipio: q
hec ſolēnitas oībus cõſideratis ſu
pereminet cūctis. Percurre per
ſingula et videbis ſi verū loquor.
Magnū paſcha ⁊ ſolēne eſt incar-
natio dñi et initiū oīs boni noſtri.
ſed hoc nobis nō ſibi. Nā ip̄e tunc
in thalamo vteri v̄ginalis incluſus
eſt. Magnū etiā eſt paſcha natiui
tatis dñi. ſed illud nobis/ non ſibi.
Compatiendū eſt q ad tantā pau
pertatē/ vilitatē/ ⁊ penuriā natus
eſt. Magnū eſt quo ad nos feſtū
eius paſſio: qꝛ tunc om̄ia p̄ctā de-
leta ſunt. Nihil eni (vt ait Grego.)
nobis naſci p̄fuit: niſi redimi pro-
fuiſſet. Sed propter tormēta du-
riſſima ⁊ mortē turpiſſimā quā ſu
ſtinuit: nec ſibi fuit nec nobis ibi
materia gaudij: ſed triſtitie ⁊ me-
roris. Magnū et ſolēne feſtum eſt
verū paſcha reſurrectiõis dñi no-
ſtri ieſu xp̄i tam p ſe q̄ pro nobis
qꝛ ipſe gl̄ioſus triūphator appuit:
et nos iuſtificati ſumꝰ. Venerabi-
lis igit̃ dies multū: ideo in ipſo ſin
gulariter cantat eccleſia. Hec eſt
dies quā fecit dñs. Et ſm̄ Augu.
hec dies ſanctior eſt alijs. Intelli-

ge de precedētib⁹. Nam hec dies aſcenſionis maior ⁊ ſanctior videtur: q̃ licet reſurrexit dñs/adhuc tamen peregrinatur in terris: adhuc eſt clauſa ianua paradiſi: adhuc ſancti patres non fuerunt ad patrem: que oīa in aſcenſione completa ſunt. Et ſi bene inſpicis quicquid de⁹ fecit uſq̃ modo/ fecit vt perueniret ad hanc diem: et ſine hac die erant imperfecta oīa opera ſua. Nam celū/terra ⁊ oīa que in eis ſunt facta ſunt ꝓpter hominem: homo aūt ꝓpter gloriam habendam. Ad ip̄m aūt vſq̃ nūc nullus poterat pertingere poſt peccatum quātūcūq̃ iuſtus. Uides igitur q̃ magnificus et mirificus eſt dies iſte. Similiter magnum paſcha valde dies pēthecoſtes: et eū multum ſolēnizat eccleſia. Et ratio eſt: quia tūc ſummum donum: ſcʒ ſpiritūſanctum recipit: ſed illō nobis nō ſibi. Sed hodiern⁹ dies aſcenſionis eſt ꝓpe feſtum ſolēniſſimum dñi noſtri ieſu xp̄i: q̃ hodie incipit ſedere ad dexterā patris: et requiem capit a peregrinatione ſua. Et eſt feſtum ſupernoꝝ ciuiū: q̃ nouum gaudium ſuſcipiunt de dño ſuo: quem ante ibi in humanitatis forma non viderāt: et q̃ primo incipiunt reſtaurari ruine coꝝ in tanta multitudine beatoꝝ. Et etiam ꝓpe feſtum illoꝝ egregioꝝ patriarcharum/ prophetaꝝ ⁊ animarum ſanctarum: quia ad ſupernam hodie patriam primitus venerunt. Si ergo facimus feſtum de aliquo migrante ad celos: q̃to magis de tot milibus? ſed et q̃to mag; de ſancto ſanctoꝝ? Eſt etiā feſtum dñe que filium regali dyademate coronatum ſic vidit tanq̃ verum deum ſuperexcelſa aſcēdere. Et eſt feſtū noſtrum: quia humana natura hodie ſup celos eſt exaltata: q̃ niſi xp̄s aſcendiſſet/ illud donum ſcilʒ ſpiritumſanctum pro quo ſic merito ſolennizamus/ recipere nequibam⁹. Unde dicebat diſcipl'is ſuis. Expedit vobis vt ego vadam. Si eñ non abiero/ paraclitus non veniet ad vos. vn de Bernar. Solēnitas iſta chariſſimi glorioſa cōſummatio eſt ⁊ adimpletio aliarum ſolēnitatum: et felix clauſura totius itinerarij domini noſtri Jeſu xp̄i filij dei viui. Merito ſolēnitas diei hui⁹ agitur q̃ ſol celeſtis iuſticie noſtris ſe preſentauit obtutib⁹. Magna quoq̃ leticia et exultatio quādo cōſciſſo ſacco leticia circūdatus eſt: et noſtre dedicauit exordia reſurrectionis. Uerūtamen quid michi ex ſolennitatibus iſtis: ſi cōuerſatio noſtra detinetur in terris? Dico igitur. Non multominus mihi tolerabilior videtur huius exilij habitatio: q̃ gehenna. Deinde ait. Niſi abiero paraclitus non veniet ad vos. Uides ne quemadmodum et ceterarum ſolēnitatum ea quā hodie celebramus ⁊ cōſummationem habeat/ et fructum declaret/ et augeat gratiam. Sicut eñ bona opera ei⁹ qui pro nobis nat⁹ eſt: ita eius quoq̃ aſcenſio ꝓpter nos facta eſt: et facit ꝑ nob;. Hucuſq̃ Bernard⁹. Manifeſte ergo vides q̃ ſolennior eſt dies illa oīb⁹ alijs: et oīs qui bene diligeret dñm Jeſum hodie magis laudaret q̃ ī aliqua die anni. Unde ipſe dicebat diſcipulis ſuis. Si diligeretis me gauderetis vtiq̃: q̃ vado ad patrem. Et ꝓpterea credo me recte dixiſſe q̃ nunq̃ in patria fuit aliqua dies tātum ſolēnizata vt iſta. Durauit aūt gaudium et exultatio tanti feſti vſq̃ ad diem penthecoſtes. Aſcenſio eñ dñi fuit hora ſexta. Nam primo comederat hora tertia cū diſcipulis ſuis. Quāuis igitur in patria oēs exultarēt vltra q̃ dici poſſet: tamen priā diē ſcʒ vſq̃ ad aliam ſextam horā/an-

(margin: Johis xvj.) (margin: Johis xiiij.)

geli fecerũt ſingulare feſtũ: et dñs ieſus eis oſtendidit et fecit aliquã familiaritatem ſingularem ꝛ conſolationem. Secũda die fecerunt archangeli. Tertia die virtutes. Quarta die poteſtates. Quinta die principatus. Sexta dominationes. Septima throni. Octaua cherubin. Nona ſeraphin. Hi ſũt nouem ordines angeloꝝ: et ſic hec durauerũt vſqꝫ ad ſextam ſabbati vigilie penthecoſtes. Et extũc fecerũt feſtum ſancti patres vſqꝫ ad horam tertiam diei dominice.

## De miſſione ſpiritusſancti. Actuum. ij. Ca. xcv.

Tunc his cõpletis dixit dñs Jeſus patri. Pater mi: recordare pmiſſi mei quod feci fratrib⁹ meis de ſpiritu ſancto. Reſpõdit pater. Fili mi multum gratum habeo pmiſſum. Dicũt ergo ad ſpiritum ſanctum. Rogamus te vt deſcẽdas ad diſcipulos noſtros: et eos repleas/ conſoleris robores et inſtruas: et cumulum virtutum ꝛ gaudium conferas eis. Et ait ſpiritusſanctus. Ecce ego paratus ſum. Et ſtatim venit et deſcẽdit repẽte in linguis igneis ſuper. cxx. diſcipl'os ſimul cõgregatos: et eos repleuit omni gaudio: cuius virtute diſcipuli vegetati/ docti/ accenſi et illuminati totum orbem concuſſerunt: et pro magna parte ſibi ſubiecerũt. Deinde ſupni ciues laudauerũt et ſemper laudant deum: et habent dies leticie: et nũqꝫ deeſt ibi ſolennitas et gratiarum actio et vox laudis. Scriptum eſt em̃. Beati qui habitant in domo tua. ꝛc̃. Feſtinemus igitur nos ingredi in illam requiẽ vbi tanta ſuperabũdat indeſinenter leticia: et ad patriam noſtram totis conatib⁹ ſuſpiremus. Odiamus huius mũdi miſeri ꝛ putridi corporis noſtri compagem: ꝛ eius curam non faciam⁹ in deſiderijs quãdo nos hic detinet incarceratos ꝛ peregrinos a tanto bono. Dicamuſqꝫ cũ apoſtolo. Infelix ego homo quis me liberabit a corpore mortis huius? Et iterum. Quãdiu ſum⁹ in hoc corpore / peregrinamur a domino. Cupio diſſolui: et eſſe cum xpo. Deſideremus corporis reſolutionem: et eã cõtinue poſtulemus a dño. Et qꝛ nos per noſmetipſos eam cum ſalute cõſequi non valemus: interim ſaltem moriamur mũdo ꝛ pompis ac cõcupiſcentijs eius. Abſtrahamus corde forti ꝛ perſeuerãti ab his rebus caducis/ miſeris/ breuib⁹ et leuibus. Fugiamus conſortium tale harũ viſibilium rerum: que vulnerant et interficiunt animas noſtras. Aſcendamus autem mente cum domino: aut potius ad dñm: et cum ipſo ſit in celis conuerſatio noſtra: vt ſic facientes non ex toto ſimus peregrini ꝛ aduene: ſed ĩ tẽpore viſitationis nos ad ſe dignet̃ aſſumere: ipſe de quo loq̃mur dñs noſter Jeſus xp̄s: qui eſt ſuper oĩa deus benedictus ꝛ laudabilis ĩ ſecula ſeculoꝝ. A M E N.

Pſalm̃. lxxxiij. | Roma. vij. | ij. cor. v.

Explicit liber aureus de Vita chriſti per ſanctũ Bonauẽturam doctorem ſeraphicum editus.

## ¶ Tractatus breuis dñi Bonauenture: de modo ſe preparādi ad celebrā-dum miſſam.

AD honorem glᵃioſe ac indiuidue trinitatis: et excellentiſſimi ſacramenti: ſcʒ corporis et ſanguinis precioſi ieſu xp̄i deſcribā tibi formā per quam poteris leuiter manuduci ad contemplationem tāti myſterij: ac cōgrue diſponi ad eiꝰ perceptionem. Quam non raptim ſtrepitu ꝟborum legere: ſed eiꝰ ſenſum efficaciter cordi imprimere debes ex intimo affectu ſingula queqꝫ: vel in toto vel in parte prout ſonant ſolicite ruminare. Primo accedēdo ad mēſam celeſtis cōuiuij: iuxta apoſtolum: ꝓba teipm̄ ⁊ diligēter examina: cum q̄ta fide et q̄ta charitate: in quali ꝓpoſito: et ꝓpter q̄d accedis. Attende igitur hec quattuor ſingula per ſe.

i.cor. xj.

### ¶ Quam fidē debet habere ſacerdos circa veritatē et eſſentiam huiꝰ ſctiſſimi ſacramenti.

IGitur primo vide quā fidē debes habere circa hoc ſacramentum. Credere ei firmiter debes ⁊ nullatenus dubitare ſ͞m ꝙ docet fides catholica/ ꝙ in hora expreſſionis verboꝝ xp̄i panis materialis ⁊ viſibilis aducmēte mirifico et celeſti pane velut creatori honorem deferēs locum ſuum: ſcʒ viſibilem ſpeciem accidētium pro miniſterio ac ſacramētali ſeruitio relinquit: quo deſinente eſſe miro et ineffabili modo in eodem inſtāti iſta ſub illis accidentibus veraciter exiſtūt. ¶ Primo illa puriſſima xp̄i caro ⁊ ſacrū corpus: quod fabricāte ſpiritu ſancto fuit tractum de vtero glorioſe virginis marie: appēſum in cruce: poſitum in ſepulchro: ⁊ glorificatum in celo. ¶ Secūdo q: caro non viuit ſine ſanguine: ideo ⁊ neceſſariꝰ eſt ille ſanguis precioſus: qui feliciter emanauit in cruce pro mūdi ſalute. ¶ Tertio cū non ſit verus homo abſqꝫ aīa rationali: ꝓpterea eſt ibi illa anima xp̄i glorioſa: excedens in gratia ⁊ gloria oēm virtutem/ gloriam ⁊ poteſtatem: in qua repoſiti ſunt omnes theſauri diuine ſapiētie. ¶ Quarto q: xp̄s eſt verus deꝰ et verus homo/ ideo cōſequēter ibi eſt deꝰ in ſua maieſtate glorioſus. Hec oīa quattuor ſimul ⁊ ſingula tota ſimul ſub ſpeciebus panis ⁊ vini perfecte continētur: non minus in calice q̄ȝ in hoſtia: nec minus in hoſtia q̄ȝ in calice. Nec in vno defectus ſuppletur alteriꝰ: ſed in ambobꝰ innuitur myſterium de quo eſt grandis ſermo. Sufficit aūt credere verum deū et hoīem ſub vtraqꝫ contineri ſpecie: cui ⁊ aſſiſtit angeloꝝ frequentia/ et ſanctoꝝ preſentia. ¶ Vide q̄ȝ pulchre xp̄s ſub his duabꝰ ſpeciebus tantum cōtinetur. Primo q: panis ⁊ vinū optimum ſunt nutrimētum totiꝰ hoīs. Nam panis nutrit corpus ſiue carnem: et vinū tranſit in ſanguinem: qui eſt ſedes anime. ¶ Secūdo: q: vſus eoꝝ cōmunior ⁊ principalior eſt ac mundior/ et minus faſtidioſus habet᷑: ideo puritas refectionis ſp̄ualis optime per iſta ſignificat᷑. ¶ Tertio q: optime figurāt corpus ⁊ ſanguinem. Nam panis ſignificat corpus illud trituratum/ molitum et paſſum: in paſſionibꝰ decoctum: et aſſum igne diuini amoris in camino ⁊ ara crucis. Vinum vero ſi-

gnificat ſanguinem qui de vua ſcʒ
xp̄i corpore eſt in torculari crucis
preſſus. ¶ Quarto pulchre ſigni
ficat corpꝰ xp̄i miſticum: ſcʒ eccle-
ſiam collectam ex multis fidelibꝰ
predeſtinatis ad vitā: ſicut ex mul
tis granis ⁊ racemis cōficiꝛ panis
et vinum/ referendo ſingula ſingu
lis. Cum ergo accedis caue ne du
bitādo vacilles/ et tāq̄ cecus ma-
nutentās baculo arūdineo: ſcʒ ar-
gumētis naturalibꝰ et rationibus
hūanis querēdo qūo iſta fieri poſ-
ſunt: ſicut quondā iudei litigabāt
et quidā diſcipuli abierunt retror
ſum. Sed ſubice teipm̄: ⁊ captiua
mētem tuā ſub iugo fidei: quā tan
tis teſtibꝰ roboratur vides. Quid
em̄ dubitationis de hoc ſacramen
to remanet qđ a xp̄o tam expreſſe
traditum: ab apoſtolis predicatū:
a ſanctis patribꝰ ortodoxis tot cē-
tenarijs annoꝝ frequētatum: tan-
tiſq̄ cerimonijs et miraculis/ pro-
digijs ⁊ obſeruātijs: quaſi teſtimo
nijs palpabilibꝰ confirmatum vi-
des. Tolle hoc ſacramētum ab ec
cleſia/ et quid erit in mūdo niſi er-
ror ⁊ infidelitas: et populus xp̄ia-
nus quaſi grex porcoꝝ diſperſus/
et idolatrie deditꝰ: ſicut expreſſe
patet in ceteris infidelibus. Sed
per hoc ſtat eccleſia: roboratur fi-
des: viget xp̄iana religio et diuinꝰ
Matth. cultus. Unde inqt xp̄s. Ecce ego
xxviij. vobiſcum ſum vſq̄ ad conſumma-
tionem ſeculi: ſcilʒ in hoc precioſo
ſacramēto. ¶ Poſtea etiam nota
re debes q̄ ſic decuit corpus vela
tum nobis dari. Quid em̄ valeret
fides tua ſi xp̄s in ꝓpria forma ti-
bi viſibilis appareret? Certe coa-
ctus eum adorares. Aut qūo car-
nales oculi tantam gloriam ferre
poſſent? Quis v̄o inſipiens dicat
vt carnem crudam vel hoīs cruo-
rem in ſua ꝓpria forma comedere
vel bibere poſſit? Recedat ḡ oīs
dubitatio: q: ſicut olim diuinitas
in vtero virginis latuit: et filiꝰ dei
ſub humane carnis velamine viſi-
bilis mūdo apparuit: ſic glorifica-
ta humanitas diuinitati cōiūcta
ſub forma panis: diuinitati vnita
latet vt nobis mortalibꝰ ſic appa-
rere poſſit vt fides nobis proſit.

## ¶ Cum quali propoſito et diſpoſitione debet ſacerdos accedere ad tātum ſacramētum.

Secundo proba teipm̄
cū quali ꝓpoſito ⁊ di-
ſpoſitione accedis: di-
ſcute ⁊ reuolue cōſciē
tie domum: et vide ne
forte ſit intꝰ aliqua turpitudo vel
macula in mente vel in carne qua
offendi poſſint oculi eius q̄ eſt ſan
ctus ſanctoꝝ. Primo ergo rediēs
introrſus ad iniquitatem tue men
tis cōſidera quāta mala ab ineūte
etate cōmiſiſti: quāta bona negle-
xiſti: q̄ breuis vita: q̄ incerta mors:
q̄ lubrica ⁊ periculoſa vita huius
tēporis: maxima aūt pena inferna
lis: ne forte (qđ abſit) poſt precedē-
tem cōfeſſionem ⁊ penitētiam ali-
quod ſit in te mortale peccatum/
vel peccādi ꝓpoſitum vnde mor-
tua ſit miſera aīa tua: ac per hoc a
radice xp̄i ⁊ eccleſie abſciſa: q: ille
viuificus panis et diuinus cibus
non patrat in fluxum vite: nec ī nu
trimentum abſciſis mēbris ⁊ mor-
tuis (teſte ſcrp̄tura dicēte) In ani- Sap. j.
mam maliuolam non introibit ſa-
piētia: nec habitabit ī corpore ſub
dita peccatis. Unde a talibꝰ ſumi
tur ſacramentum ⁊ non res ſacra-
mēti ieſu xp̄i: gratia et diuinitas
charitatis eiꝰ. Comeditur guſtu/
ſed non reficit ſpiritum. Uadit ad
vētrem ſed non intrat mētem. De
glutitur tāq̄ a bruto ſine ſui leſio-
ne: et non viuificat aīam: nec incor
porat eā ſibi/ neq̄ vnit: ſed potius
nauſea compellente talem ipe xp̄s
euomit velut cadauer putridum

beſtijs et auib⁹ deuorādum: cum ſcʒ infelicem aīam tradit ſathane cruciandam: ſicut deniqʒ de iuda ſcriptum eſt. Aīm poſt bucellam introiuit in eum ſathanas. Quapropter ſi talib⁹ ſis laqueatus: caue ne pro aliqua cauſa vel neceſſitate abſqʒ debita cōtritione: et propoſito penitēdi: et confeſſione premiſſa accedere ad altare pſumas. Quia horrendum eſt incidere in manu dei viuētis. Sed heu quot ſunt hodie ſacerdotes miſeri ⁊ ſue ſalutis improuidi: qui xpi corpus in altare velut carnes pecudū mā ducant: et inuoluti ac contaminati aboīationibus / de quibus dicere fas non eſt: ſceleratis manibus et pollutis labijs contingere non verētur ⁊ oſculari filium dei ⁊ marie virginis. Uerum ſi hoc ſacrificium ſuſcipit deus: audeo dicere mendax eſt reputādus ⁊ ſoci⁹ peccatorum. Inſuper (qđ deteri⁹ eſt) ad tantam peruenerūt temporib⁹ iſtis peruerſitatē et ſtultitiā quādam vt putēt infeliciſſimi ſua ſcelera ⁊ immūdicias peccatoꝝ: que quotidie operātur ⁊ iterare ꝑponunt abſqʒ penitētia ⁊ confeſſione per ſacrā cōmunionem quotidie celebrātes expiare. Tales nō ſunt ſacerdotes ſed ſacrilegi: non xpiani ſed heretici. Profecto ſi fidem rectam haberēt: aut peccare timerent: aut a celebratione ceſſarent.

Johis xiij.

¶ Secūdo non ſolum mentis ſed et corporis eſt mūdicia attēdēda: ideo caue ne immūdus accedas. Nec tantū dico de immūdicia voluntaria que mortalis eſt: ſed etiā de nocturna / ſiue caſuali macula que impedit celebratiōem vbi nō eſt magna neceſſitas vel iuſſio precepti. Ubi ergo predicte interuenerint macule in quib⁹ non dederis occaſiōem vel cauſam per precedētem concupiſcētiam vel inordinatam crapulā: neqʒ ſecuta eſt notabilis mētis inquinatio per reminiſcētiam vel illuſionem fantaſmaticam carnaliū: credo ꝙ accedere poſſis / ſaluo meliori iudicio: maxime ſi ſingularis deuotio ratione ſolēnitatis vel alteri⁹ te traheret ad celebrandum. Cuſtodire etiā debes pudicitiam manuum quātum potes: ⁊ oīm mēbroꝝ tuorum puritatem. Unde tibi conſulo vt pre ceteris hoīb⁹ omni tēpore: maxime dum miſſa celebratur caueas ab omni tactu non ſolum turpi ⁊ immūdo qui ſit ſine peccato / ſed etiam a quolibet indecenti et inqnatiuo. et te totū recolligas vt nec actus nec cogitatio ad aliquid aliud diſpergat. Et inſuper curam habeas diligētem de mundicia et nitore paramētoꝝ altaris et ſacroꝝ vaſoꝝ: vt cum omni honore ⁊ diligētia tractetur ille q̄ eſt angelis et archāgelis tremendus et honorandus.

## ¶ Cum q̄ta charitate et q̄to feruore debet quis accedere ad hoc ſanctiſſimū ſacramētū.

Tertio proba teipm ex q̄ta charitate ⁊ quali feruore accedis. Non ſolum eīm mortalia / ſʒ etiam venialia peccata per negligētiam ⁊ ocium multiplicata: et etiā per inconſiderationem: ac per indiſtinctionem diſſolute vite ⁊ male ꝯſuetudinis: licet non occidāt aīam / tamen plerūqʒ reddūt hoīem tepidum / grauem / obnubilatū et indiſpoſitum / ac ineptum ad celebrādū: niſi dicti pulueres ⁊ ſtipule venialiū per afflatum ſpūs ⁊ flamam charitatis vētilētur ⁊ conſummātur: exardeſcēte igne cordis ex cōſideratiōe proprie volūtatꝫ. Ideo caue ne nimis tepidus et inordinatus accedas: ſed venerāter / circūſpecte ⁊ conſiderāter. vnde Apl'us. Judicium j. coꝝ xj.

Ubi mãducat. ꝛc. Quod apertius
inſinuat cũ ſubdit. Ideo inter vos
multi imbecilles: ſupple per fidei
incõſtãtiã: et infirmi ſcȝ graui pec
cato: et morbo ſauciati: ꝛ dormiũt
multi per torporẽ et deſidiã. Oq̃
graues ãguſtie me vndiqꝫ affligẽ-
tes: accedere indigne horrẽdũ iu-
dicium: non accedere ex notabili
negligẽtia vel contẽptu dãnabilis
culpa. Nam cũ ſacerdos eſt abſqꝫ
mortali peccato/ et in ꝓpoſito bo-
no non habẽs legitimũ impedimẽ
tum: et non ex reuerẽtia/ ſed ex ne
gligentia celebrare omittit: tũc q̃-
tum in ſe eſt priuat trinitatem lau
de ꝛ glĩa: et angelos leticia: pecca
tores venia: iuſtos ſubſidio ꝛ grã:
i purgatorio exiſtẽtes refrigerio:
eccliam xp̃i ſpũali ꝛ ſeipm̃ medici
nali remedio cõtra infirmitates et
quotidiana peccata. Quia (ſicut
dicit Amb.) quotieſcũqꝫ effunditᷣ
corpus xp̃i/ in remiſſionem pctõꝝ
effunditᷣ. Debeo eñ ſemꝑ illũ acci
pere vt mihi ſemꝑ peccata dimit-
tantur. Qui ſemper pecco: debeo
ſemꝑ habere medicinã. Item pri-
uat ſe talis oib⁹ bonis ꝓueniẽtib⁹
ex ſacra cõmunione: q̃ ſunt pctõꝝ
remiſſio: fomitis mitigatio: mẽtis
illuminatio: interior refectio: xp̃i
et corporis eius miſtici incorpora
tio: virtutũ roboratio: ꝯtra diabo-
lum armatio: fidei certitudo: ele-
uatio ſpei: excitatio charitatꝭ: aug
mẽtatio deuotionis: et cõmunica
tio angeloꝝ. Item non cõplet ſibi
iniũctum magne dignitatis obſe-
quium: nec officiũ exercet debite
ſeruitutis dei. Et tñ ſcriptum eſt.
Hiere. xlviij. Maledictus homo q̃ opus dei fa
cit negligẽter. Item contẽnit dei
preceptũ de obſeruatione hui⁹ ſa-
cramẽti. Item xp̃s cõminatᷣ. Niſi
manducaueritis. ꝛc. Item abijcit
viaticum ſue peregrinationis: ex-
ponens ſe periculis mortis: q2 niſi
receperit alimẽtum corporis xp̃i
et vegetationem vite / efficitur ſi-
cut aridum mẽbrum qd̃ non tranſ
mittit nutrimẽtum corporale ſibi.
Ultimo quãtum in ſe eſt euacuat
diuinum cultũ et latriam creato-
ri debitam ſicut ingratus de bene
ficijs dei. vnde Numeri. ix. ca. Si
quis mũdus eſt ſcȝ a mortali pec-
cato: et in itinere non fuit/ ſiue ali-
ter impeditus: et tamen non facit
phaſe: exterminabitur aĩa illa de
populo ſuo: q2 ſacrificium non ob-
tulit dño in tẽpore ſuo. Ergo quã
tum potes toto conatu per exerci-
tium boni operis lachrymaꝝ con-
tritionem ꝛ deuotionis flaminam
expelle a te oẽm torporem ꝛ negli-
gẽtiam/ ne inueniaris reſpuere tã
torum cariſmatum dona. Si aũt
vis accẽdi ad amorem dei/ cõſide
ra tota mẽte iſta duo. Primo illi⁹
ſumme charitatis incẽdium: quo
ſumma bonitas pro te fetido ver-
miculo tam patiẽter ſuſtinuit cru
cis opprobrium. Secũdo illi⁹ no-
tabiliſſimi corporis cibationẽ dul
ciſſimam/ ac ſanguinis potionem:
ideo attẽdas illam beatam mortẽ
diſcutiẽs cauſam. Cauſa aũt non
fuit niſi neceſſitas noſtre redem-
ptionis. Oĩs autem lex ꝓpter leſe
maieſtatis offenſam iudicat offen
dentem reum mortis. Huius rei
cauſa cum peccatis exigẽtib⁹ eſſe
mus rei mortis/ pro recõpenſatio
ne tanti debiti: miſerãs de⁹ huma
ne miſerie: ꝛ parcens noſtre morti
prouidit ꝛ conceſſit prioribus pro
hoĩm morte cedem animalium fie
ri: et offerri ſibi ſacrificia placatio
nis ꝛ hoſtias: vt quotiẽs quis pec
caret/ totiens eſſet pro eo neceſſa-
rium hoſtiam immolare: que oĩa
erãt figure ꝛ vmbre: donec xp̃s ca
put humani generis mitteretur vi
ua et rõnabilis hoſtia ꝛ abſqꝫ pec-
cato qui pro oĩbus hoĩbus ſeipm̃
pro oĩm hoĩm amore offerret ad
mortem ꝓ nr̃e mortis redẽptione.

Sed qꝛ non debuit pluries mori/
ideo ꝙ illa vna mors ſatiſfecit pro
oibꝰ peccatis factis ⁊ fiẽdis: ideo
ſuffecit ꝙ illam hoſtiam ſui corpo
ris quõdam ꝓ nobis ſemel immo-
latam: moriens relinqueret quoti-
die a nobis pro reſiduis delictoꝝ
myſtice offerendam deo patri pro
cõmutatione noſtre mortis: cui ſu
mus quotidie obnoxij per pecca-
tum. vnde Augu. Iteratur quoti-
die hec oblatio/ licet xp̄s ſemel paſ
ſus ſit pro nobis: qꝛ quotidie pec-
camus peccatis ſine quibꝰ morta-
lis infirmitas viuere non poteſt.
Et qꝛ quotidie labimur/ quotidie
xp̄s pro nobis immolatur miſtice.
¶Propter hoc quicquid agitur in
miſſa et oẽs ornatus et cerimonie
nihil aliud repreſentãt niſi chriſti
paſſiõem. Ob hoc ſuper oĩa eſt ne
ceſſaria in miſſa mortis xp̄i memo-
ria. Unde ip̄e xp̄s Matthei. xxvj.
Hoc facite in meã cõmemoratio-
nem. et Ap̄l'us ad Corinthios. iij.
Quotiẽſcũqꝫ mãducabitis panẽ
et calicem bibetis: mortem dñi an
nunciabitis donec veniat: ſcilꝫ ad
iudicium. Cum ergo accedis/ dic
ex toto corde. Ecce celeſtis pater
recolens illã mortem vnigeniti tui
offero tibi hoſtiam hãc quam ipſe
tibi obtulit ꝓ mea ⁊ totiꝰ mũdi ſa-
lute. Ecce ad altare tue maieſtatꝭ
tranſmitte oblationem viuã: quã
tu in miſeratione multa miſiſti ad
altare crucis pro nobis immolan-
dam. Recordare illꝰ ſacroſancti ſu
doris quaſi gutte ſanguis decur-
rentis in terrã. Reſpice illã virgi-
neam carnem verberibꝰ crudeliter
flagellatã: ſanguine cruẽtatã: ſpi-
nis perforatã: clauis cõfixam: lan-
cea vulneratam. Illa ergo pietas
que filiũ tuũ traxit ⁊ vicit vt i ſta-
tera crucis totiꝰ mũdi peccata li-
berares: ipſa te cogat pater miſere-
ri nobis miſeris. Reſpice obſecro
non noſtra peccata: ſed in faciem
chriſti tui. Non enĩ in iuſtificatio-
nibus noſtris ꝓſternimus preces
ante faciem tuã: ſed in multitudi-
ne miſerationum tuaꝝ. ¶ Scd̄o
ſi vis ad amorem accẽdi ⁊ inflãma-
ri/ cõſidera illiꝰ ſacri corporis ciba
tionem dulciſſimã: et vide q̄ȝ bonꝰ
et ſuauis eſt ſp̄us eiꝰ ĩ nobis: q̄ȝ cõ-
grua et vtilia ꝓuidit pater noſter
celeſtꝭ viuificãtia elemẽta. Quia
enĩ rationalis creatura ad hoc fa-
cta eſt vt ſit capax ⁊ particeps bo
nitatis dei: ex hac participatione
viuere ⁊ ad beatum eſſe peruenire
debet: ſine qua ad nihilum tendit
ex ſe: et ad mortẽ ſempiternã/ niſi
per cibũ viuificãtem iugiter vege
tetur ex participatione diuine vir
tutis ⁊ glie: quã participationem
ideo comeſtionẽ voco: qꝛ ſicut cor
pus aĩalis per cibũ viuificaꝛ/ cale
fit ⁊ impinguaꝛ: ſic aĩa rõnalis per
ſpiritum xp̄i: quo frui debet pleno
affectu et intellectu nutritur/ ve-
getatur/ inflammatur et viuifica-
tur. Et ſicut angeli in patria ple-
no hauſtu bibunt de perhẽni ⁊ vi-
uo fonte luminis/ et ſatiantur ab
vbertate domus dei: ſic ſapientia
eterna prouidit vt rationales ani-
mas hominum quas tam care re-
demit/ et per gratiam magnifica-
uit/ ac effecit ſimiles ãgelis dei: ci-
baret illo pane quo angeli nutriũ-
tur: ſine quo nec illi nec iſti viuere
poſſunt. Et hoc per aliquem mo-
dum cõuenictem nobis paruulis:
quia impoſſibile eſt nobis comede
re cũ iſto mortali corpore illũ pa-
nem vite in ſoliditate proprie for-
me: ſcꝫ diuinitatis. Ideo vt come
ſtibilem nobis panẽ preberet ſub
forma conuenientiori: ſcilꝫ panis
et vini corporalis nobis dedit pro
pter conuenientem ſimilitudinem
panis ad panẽ/ et refectiõis ad re-
fectionem: vt ſicut angelos viuen-
tes ſp̄us cibat verbo incarnato: ſic
mortuos homines in carne viuen-

tes cibat ꝟbo incarnato i ſacramē-
[Pſalm.] to ſuſcepto. Unde dictū eſt. Pa-
[lxxvij.] nem angeloꝝ manducauit homo.
[Joh.vj.] Et ego ſum panis viuus q̄ de celo
deſcendi. Item nota ſicut eſt cu-
ra deo de corpe aialis cuiuſcūq
ꝓuidere illi cibū conuenietē: ſic
cura eſt eidē de nutrimēto ſui cor-
poris myſtici qd̄ eſt eccl'ia: cui⁹ fi-
lius dei eſt caput: nec aliū de vege-
tari ꝛ viuere debet q̄ a capite ſuo:
ſed oīa mēbra ſua vnita ꝛ ſibi inui-
cem coherētia i xp̄o capite ipſius
ſpū ꝛ amore nutriūtur p hoc ſacra-
mētum vnitatis ꝛ pacis. Ac p hoc
ſicut nō eſt vita corporis abſq in-
corporatiōe cibi ꝯueniētis: ſic aīe
rōnalis non eſt vita ſpūalis ſine in-
corporatione ꝛ inuiſceratiōe hui⁹
cibi ſpūalis ſibi ꝯueniētis. Unde
[Ubi.s.] inquit xp̄s. Qui māducat me vi-
uit ꝓpter me. Hec eſt differentia
inter cibū ſpūalem ꝛ corporalē: qꝛ
ibi cib⁹ comeſtus tranſit in ſubſtā-
tiam ꝛ nutrimētū comedētis: hic
vero comedens incorporatur xp̄o
et tranſit in vnitatē et amorē ſpūs
xp̄i. Ideo fuit dictū Auguſtino.
Non ego mutabor i te: ſꝫ tu muta-
beris i me. i. in mei ſimilitudinem:
ſcilꝫ bonitatem ſanctitatem. ꝛc. ſi-
cut ignis carbonem in ſui ſimilitu
dinem conuertit.

## ¶ Qualiter debet ſacerdos ſe poſt hec diſponere ꝛ preparare: et in preparando ſe habere.

Quarto et vltimo ꝓba
teipm̄: ꝓpter quid vel
ob quam cauſam acce
dis: et hic dirige aciē
mētꝭ tue ad duo prīci
paliter. ſcilꝫ ad purum affectum
et deſiderium ſanctum. ſecūdo ad
debitā intentionem ꝛ propoſitum
neceſſarium. ¶ Primo vide q̄d de-
ſideres: ꝛ caue ne forte ꝓpter aua
riciam/ aut timorē/ aut vanā glo-
riam/ aut cōſuetudinē: vel alicui⁹
mūdane cōplacētie: aut tēporalis
fauoris cām accedas. Sicut mul
ti dieb⁹ iſtis accipiūt ad ſuā perdi
tionem qd̄ daꝛ ad ſalutem. Ue ve
dñe de⁹ quāti hodie infelices ad
ſacros ordines ꝛ diuina myſteria
accedunt: non celeſtem panem ſed
terrenū: non ſpiritū ſed lucrū que-
rentes: non dei honorem ſed ſuam
ambitionem: non aīaꝝ ſalutem ſed
queſtū pecuniaꝝ: non xp̄o ſeruire
mūdo corde ꝛ corpore in ſuis my-
ſterijs: ſed delitiari/ ditari/ ſuper-
bire/ luxuriari de patrimonio xp̄i
et elemoſynis populi: ac eccl'iaſti-
cas dignitates ambiēdo multis li
tigijs ꝛ ſymonijs: potius rapiunt
q̄ aſſequātur: nō vocati a deo/ ſed
impulſi a diabolo. Tu aūt homo
dei dirige vota tua ꝛ deſideria ad
deum: et vide quib⁹ affectionibus
et deſiderijs trahi debeas ad ſa-
cra myſteria celebranda. ¶ Pri-
mo trahat te cōſciētia ꝛ remorſus
delictoꝝ ſperans p ſacramētum
quaſi per hoſtiam placationis ab
omni peccato purgari. ¶ Scd̄o
tue infirmitatis virtus atq ſalus
vt eum quaſi medicū ad te voces
per quem ab omni infirmitate cu-
reris. ¶ Tertio preſſura alicuius
tribulatiōis: vt per eū qui oīa pōt
ab omni aduerſitate citi⁹ libereꝛ.
¶ Quarto deſideriū alicui⁹ gra-
tie ſpūalis beneficij impetrādi: vt
per eū cui pater nihil negare pōt
obtineas. ¶ Quinto graꝝ actio
pro oībus beneficijs ſpūalib⁹ et tē
poralib⁹ tibi ꝛ alijs impenſis: cum
nihil habeam⁹ deo retribuere pro
oīb⁹ que tribuit nobis aliud q̄ ca
licem ſalutaris accipere/ et ſacrifi
care hoſtiam laudis. i. ieſum xp̄m.
¶ Sexto charitas ꝛ cōpaſſio pro
ximorum cum pro ſalute viuorum
et requie defunctorum nihil effi-
cacius valeat q̄ chriſti ſanguis ef
fuſus in remiſſiōem peccatorum.
¶ Septimo laus dei ꝛ ſctōꝝ cum

non habeamꝰ melius quo poſſimꝰ
deū et ſanctos ſuos ꝓ ſua dignita
te laudare ꝗ̄ xp̄m ſacramētaliter
deo patri immolare. ¶ Octauo
dei amor ꝛ dilectio vt ad eā ad te
inuites. et per miſerationē ſpūalis
refectionis in teipſo eū delectabi-
liter amplectaris. ¶ Nono ſitis ꝛ
deſideriū augende charitatis xp̄i
per augmentū gratiarū ꝛ cariſma
tum: qꝛ hoc ſacramentū fontē con
tinet grãrum et ſanctificationē: ꝛ
auctorem ſalutis dn̄m ieſum xp̄m
ideo dicit̄ euchariſtia. i. bona gra-
tia. Cetera ꝟo ſacramenta fluenta
ſunt et riuuli gratiarū quibus ſan
ctificamur xp̄o ardor ꝛ ſuſpirium
quo totis viſceribꝰ ꝟtute huiꝰ ex-
ceſſiue charitatis ꝛ dulciſſime re-
fectōis cupias ſanctificari ab om
ni inquinamēto carnis et ſpiritus
et eripi ab omnibꝰ periculis ꝛ tē-
tationibꝰ. ac inſeparabiliter vniri
chriſto ſaluatori ꝛ cōſeruatori in
amore ſuo. Vn̄ inq̄t xp̄s. Joh. xvj
Pater quos dediſti mihi volo vt
vbi ſum ego: illic ſint mecū: et ſint
vnū ſicut et nos vnum ſumus. Se
cundo dirige mentem ꝛ debitā in-
tentionem ac propoſitū circa ea q̄
agere debes ſcꝫ deū per latriā co-
lere. Cultus aūt latrie ſoli deo de-
betur. et eſt honor īpenſus ſummo
creatori ex debito ſeruitutꝭ q̄ obli-
gamur non ſolū noſtra. ſed et noſ-
ipſos īpendere ꝓ ſuo honore etiā
morti ſi expedierit in recognitionē
ſuorū beneficiorum ꝛ ſue immen-
ſe bonitatis nobis oſtēſe: ꝛ hoc cor
de contrito ꝛ humiliato corpore: ꝛ
toto affectu ꝛ habitu: geſtibus et
ſignis ꝓſternātes nos ante ſue ma
ieſtatis oculos et ſacrificijs ꝛ mu-
neribus conuenerātes: referentes
ad ipm̄ omnem ſpem nr̄am ꝛ deſi-
derium noſtrū tanq̄ in finem vlti-
mum ꝓpter quem om̄ia expectan
tes ab eo om̄e meritū ꝛ retributio
nem bonorum nr̄orum ꝛ malorum
ſm̄ retributionē iuſtitie ſue ſuiq̄ꝫ
bene placiti. Alijs autem ſanctis
perhibetur honor et deuotio q̄ vo
catur dulia: que nō eſt cultus nec
adoratio: ſed ſubrogatio ꝛ inuoca-
tio vt ſit apud deū aduocati ꝓ no
bis: ꝛ om̄is reuerentia q̄ eis impē-
ditur: propter deū cui ſunt cōiun-
cti exhibetur. Deꝰ aūt debet a no-
bis in immēſum timeri/ honorari/
et amari. Primo ex conſideratio-
ne ſue om̄ipotentie et iuſticie qua
nos iure pleniſſimo dānare poteſt
et ſaluare eſt ſumme timendꝰ. Ex
hoc enim timore oritur dolor de
peccatis: pudor: ſuſpiria: lachry-
me: tonſiōes pectoris: ſupplicatio
nes: ieiunia: diſcipline: peregrina-
tiones: ꝛ cetera huiuſmodi. Secū
do ex conſideratione ſue ſapientie
et maieſtatis ſumme eſt honoran-
dus. Ex hoc naq̄ꝫ honore orit̄ ve-
neratio: genuflexiones: incuruati-
ones: proſtrationes: orationes: pu
rificationes: cōſecrationes: mūdi-
tia: ſacrorū vaſorum et paramen-
torum ornatus et decor: feſtiuita-
tes: celebritates: ſolēnitates: lumi
narium: cantꝰ: pſalmodie hymno-
rum lectionū: et huiuſmodi. Ter-
tio ex conſideratione bonitatis et
clementie eſt infinite amādus. Ex
hoc autem amore oriūtur gratia-
rum actiones: laudes: hymni: be-
nedictiones: vota ſancta: intentio-
nes: ꝛ huiuſmodi. Item intendere
debes vt ex frequentia diuini cul-
tus nomen dei ſanctificetur in no-
bis. ꝛ a nobis per ſanctitatem vite
glorificetur in mundo ꝛ creſcat in
orbe cultus ꝛ honor dei/ vt cogno
ſcat totꝰ mūdus nos eſſe clericos
vniꝰ veri dei et ſaluatoris ieſu xp̄i.
Secundo intendere debes chriſti
mortem memorare vt ſupra dictū
eſt. Tertio intēdere debes totam
eccleſiam iuuare vt ꝓponas deū
orare pro papa: cardinalibus: pa-
triarchis: ꝛ generaliter pro omni

gradu eccleſie. pro regibus/ducibus/ceteriſq̄ nobilibus: virginibus: viduis: orphanis: peregrinis captiuis afflictis: debilibus infirmis. Et pro omni populo dei etiā pro paganis: ſciſmaticis: hereticis vt conuertant ad deum verū ꝛ ſancte eccleſie vnitatem. Item in ſpeciali orare debes pro aliquibꝰ caris ſcʒ parentibus conſanguineis amicis benefactoribꝰ et tibi recōmiſſis ac in tua oratione ſperantibus. Item ſingulariſſime pro teipſo. Unde ſi aliquē predictorum fidelium ꝓpter rancorē vel odium excludis vt non ſit particeps tanti beneficij. mortalr peccas: agēs cum odio diuina myſteria.

## Qualiter ſacerdos debet ſe poſt hec diſponere et preparare: et in celebrando ſe habere.

Poſtq̄ ex ruminatione predictorum in meditatione ſua exardeſcit ignis in corde tuo euome et purga feces peccatorum tuorū ſpiritu contrito et humiliato memorās quāta cōmiſiſti ṽbo ꝛ opere ac cogitatōe/quāta bona omiſiſti q̄ debuiſti facere et potuiſti: et vadēs ad ſpūalē medicū ꝛ p̄rem dic peccata tua non cōi et generali confeſſione/ vt quidam duri cordis facere nō verentur: palliantes folijs cōmuniū verborū in ſua gn̄ali confeſſione enormia pctā et abſq̄ verecūdia et dolore taliter proferentes vt etiam in plateis poſſent taliter abſq̄ rubore publice ꝯfiteri. Hec nō eſt ꝯfeſſio: ſed ſubriſio et deriſio ac deceptio: qr ſi vis ſanari aperi vulnera tua/et de ꝓfundo corde dic clare et apte oia q̄ poſt p̄cedentē ꝯfeſſionem cōmiſiſti. Nedū opera ſed cogitationes ꝑuerſas quaꝝ delectatio mentē maculauit non ſolū mortalia: ſʒ venialia grauia q̄ ꝯſciētiā mordent et ledūt. Cetera ṽo p modum gn̄alem breuiter et clare exprime. Deinde peracta penitētia tibi iniuncta/decanta cū deuotione illos quīq̄ pſalmos q̄ dilecta et cetera: cū ſuis verſiculis ꝛ orōnibus Dicas etiā ſi tēpus ſuppetit orōnem illam. Sūme ſacerdos q̄ efficax et deuota eſt. Poſtea ꝓcedēs ad altare recollige xp̄m euntē ad crucē et fige cor tuū ad ea q̄ in paſſione geſta ſunt. Legas clare ꝛ diſtincte ea q̄ legenda ſunt. nō multiplicando multiplices collecta nec alia legenda ex deuotione vel proprio arbitrio: aliter q̄ a ſanctis patribus inſtitutū eſt. Cū autē pueneris ad ſanctū canonē: recollige mentē ne per diuerſa vagef: et appone diligentiā magnā in ſignis ꝛ actibus ꝛ maiorē in verbis: maximā vero in intentiōe. Primo propter ꝯtinentiā tā p̄cioſi corporis. Scđo ꝓpt cōtinentiā diuinitatis immenſe. ¶ Itē in memēto tā pro viuis q̄ defunctis non ſic cū voce et verbis recōmendatio ſed tantū mente diſcurre p quaſdā ꝑſonas magis ītimas: ꝛ ceteras recollige ſub ꝯpēdio: referens intētionē ad oēs ꝓ quibꝰ antea oraſti ſiue orare ꝓmiſiſti. ¶ Dū perueneris ad Qui pridie: dirige mentē ꝛ intentionē ad faciendū illud / qđ ītellexit xp̄s ī ſua cena: ꝛ qđ intēdit ſancta mater eccl'ia. ¶ In cōione autem pauliſper ſubſiſte ꝛ dic nō lingua aut labijs: ſed corde tacito. Domīe ieſu chriſte rex glorie: qui tua ineffabili benignitate ꝑmittis te a me indigniſſimo pctōre tractari: preſertim vt preſumā te dominum omniū mittere in latrinam/ ſiue ciſternā fetidam corporis mei. Ut quid me feciſti: vt tibi hanc iniuriam execrandā facerem? Mille anni lachrymarū et penitentie non ſufficerēt ad tam nobile ſacramentum digne ſemel percipiendū.

1 q̄ dilecta
2 Benedixiſti
3 Inclina
4 Credidi
5 De profūdis

quãto magis ego miſer et indignꝰ ſum: qui omni die pecco. incorrigibilis perſeuero/ et inpparate accedo. Sed in infinitũ eſt miſericordia tua maior: ꝙ ſit mea ineffabilis miſeria. Unde de tua pietate confiſus. te ſumere preſumo. Hec enim duo maxime requirũtur ad congruã perceptionẽ huiꝰ ſacramenti ſcilꝫ pfunda humilitas cũ adnihilatione ſui: et cõpaſſio mortis chriſti. ¶ Poſt cõmunionem: ſi non ſentis aliquã ſpiritualem refectionẽ: ſignũ eſt infirmitatis ſpiritualis/ vel mortis. Ignẽ poſuiſti in ſinu: et nõ ſentis calorem. mel in ore: ⁊ nõ ſentis dulcedinẽ. Si vero conſolationẽ ſentis aliquã: non tibi attribuas: ſed dei bõitati: qui etiam malos ⁊ indignos cõſolatur Et dicas in corde tuo. Ad meam miſeriã deteſtandã me cõicat ſuis beneficijs. Si mihi pctõri talia fecit: qd faciet ſi vitã meã correxero? Ideo totis viribꝰ volo me mutare ⁊ ſemp ſibi adherere. Hoc autem nõ reputes poſſe tua virtute: ſed auxilio gratie eius. Qđ nobis preſtare dignetur ipſe ieſus benedictus. Amen.

¶ Explicit.

¶ Sequit̃ oratio deuota ad Euchariſtiam.

Aue viuens hoſtia veritas et vita:
In qua ſacrificia cuncta ſunt finita.
Per te patri glĩa datur infinita.
Per te ſtat eccl'ia iugiter munita.
¶ Aue vas clementie ſcrinium dulcoris.
In quo ſunt delicie celici ſaporis
Ueritas ſubſtãtie tota ſaluatoris
Sacramẽtũ grẽ pabulũ amoris.
¶ Aue manna celicũ verꝰ legali.
Datũ in viaticum miſero mortali.
Medicamen myſticum morbo ſpiritali.
Morte dans catholicum vite immortali.
¶ Aue corpus domini munus eternale.
Caro iuncta numini nobile iocale
Quod reliquit homini in memoriale.
Cum finalis termini mundo dixit vale.
¶ Aue plenũ gaudium vita beatorum.
Pauperum ſolacium: honor miſerorum.
Grande priuilegium eſt hoc viatorum.
Quorum ſacrificium eſt merces celorum.
¶ Aue virtus fortium obuians ruine.
Turris et preſidium plebis peregrine.
Quam inſultu honeſtum frangere non ſine.
Ne vis malignantium preeat diuine.
¶ Hic ieſu veraciter duplex eſt natura.
Non eſt partialiter: nec ſolum figura.
Sed eſſentialiter caro xp̃i pura.
Latet integraliter breui ſub clauſura.
¶ Celo viſibiliter caro chriſti ſita:
Forma panis alit̃ latet hic veſtita
Solus nouit qualiter hanc: qui potuit ita.
Poteſtꝗ faciliter virtus infinita.
¶ Sumptũ non conſumitur corpus ſaluatoris.
Idem totum ſumitur omnibus in horis.
Forma panis frangitur dente comeſtoris.
Uirtus carnis fugitur morſibus amoris.
¶ Chriſtus nihil patitur huius leſionis.

Forma panis ſoluit vi digeſtiõis.
Tunc ſi chriſtus querit, eſt in celi
thronis.
Sicut vult hinc tollitur datis vi-
te donis.
¶ Hoc ardoris calculo veni nos
ignire.
Hoc amoris ſtimulo frange mo-
tus ire.
Et eodẽ ferculo q̃ nos vis nutrire
Velis cordis vinculo fortit' vnire.
¶ O ieſu dulciſſime cib⁹ ſalutaris
Qui ſic nobis intime tribui di-
gnaris.
Mala noſtra deprime fletibus a-
moris.
Et affect⁹ imprime qb⁹ delectaris.
¶ Ieſu viuens hoſtia placa ma-
ieſtatem.
Sacramẽti gr̃a confert ſanitatem
Pauperum ſubſtantia da eterni-
tatem.
Domini memoria foue charitatẽ.
¶ Vanitatem ſpernere fac nos
conſolator.
Hoſtes dona vincere chriſte pro-
pugnator.
Et quod doces: credere ieſu repa
rator.
Per te tandem cernere da remu-
nerator. Amen.

¶ Oratio dicenda ante miſſam.

Deus qui de ĩdignis dignos: de peccatoribus iuſtos. de immundis mũdos facis: munda cor et corpus meum ab omni contagione et forde peccati: et fac me dignum altaribus tuis miniſtrũ/ et concede propicius: vt in hoc altari ad qđ indignus accedo hoſtias acceptabiles offeram pietati tue pro peccatis et offenſionib⁹ meis/ et innumeris quotidianiſq; exceſſibus/ et pro omnibus hic circũſtantibus: vniuerſiſq; mihi familiaritate/ et affinitate coniunctis atq; me odio aliquo inſectantibus et aduerſantibus/ cunctiſq; fidelibus chriſtianis viuis et mortuis. et per eum ſit tibi meum votum atq; ſacrificium acceptabile: qui ſe tibi deo patri obtulit in ſacrificium: ieſus chriſtus filius tuus domin⁹ noſter. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Oratio dicenda poſt miſſam.

Omnipotens ſempiterne de⁹ ieſu chriſte domĩe: eſto propicius peccatis meis per aſſumptionem corporis et ſanguinis tui. Tu enim loquens dixiſti. Qui manducat meam carnem et bibit meũ ſanguinem in me manet/ et ego in eo. ideo te ſupplex deprecor vt in me cor mundũ crees: et ſpiritum rectum in viſceribus meis innoues. et ſpiritu principali me confirmare digneris: atq; ab omnib⁹ inſidijs diaboli: ac vitijs emũdes/ vt gaudiorum celeſtium merear eſſe particeps. Qui viuis ⁊ regñ. Joh. vj.

F I N I S.

# ¶ Incipit ſoliloquium ſancti Bonauenture de quattuor exercitijs.

Eph. iij. FLecto genua mea ad patrē dñi noſtri ieſu chriſti: a quo omnis paternitas in celo et in terra noīatur vt det vobis ſm diuitias glorie ſue virtutē corroborari per ſpiritū eius in interiori homīe. xp̄m per fidem habitare in cordib⁹ veſtris in charitate radicati et fundati: vt poſſitis comprehēdere cū omībus ſanctis que ſit longitudo/ latitudo/ ſublimitas/ et profundū. Scire etiā ſupereminentē ſcientie charitatem chriſti vt impleamini in omnē plenitudinē dei. ¶ Apoſtolus paul⁹ eterne electionis vas: ſacrariū diuine ſanctificatōis: ſpeculū ꝛ exēplar ſuperne contēplatiōis: in verbis premiſſis oſtendit nobis mētalis exercitatiōis ortū/ obiectum ꝛ fructum. Mentalis exercitatio ſi debet eſſe pia ꝛ ſalutifera oportet ꝙ habeat potentiā ſupnaturaliter confortantē: ſapientiā regulantē: et clementiā conſolantē. Flectat igitur aīa deuota diuine cōtemplatiōis amore accenſa genua mētis ante thronū beatiſſime ꝛ incōprehenſibilis trinitatis: pulſet humiliter et poſtulet ſapiēter dei patris cōfortatricem potētiam: ne labore depreſſa ſuccūbat. dei filij regulatricem ſapientiā: ne errore ſeducta a veritate deuiet: dei ſpirituſſancti cōſolatricē pietatē ꝛ clementiā: ne tedio deuicta deficiat. ¶ Omne enim datū optimum et omē donū perfectū deſurſum eſt deſcendēs a patre luminū. Et ſm Auguſtinū. ¶ Omne bonum noſtrum aut deus eſt aut a deo eſt. Unde nō immerito in omī boni operis initio ille eſt inuocand⁹ a quo omē bonū originaliter progredit per quē omne bonū exemplariter producitur/ et ad quē omne bonū finaliter reducitur. Hec eſt illa ineffabilis trinitas/ pater/ filius/ et ſpirituſſanct⁹/ quā tangit apoſtolus cum dicit. Flecto genua mea ad ꝛc. vſq; fundati. Eph. iij ¶ Deide oſtēdit iſtius ſalutifere mētalis exercitationis obiectū. Obiectū diuine exercitatiōis deuote mentis. dicuntur eſſe interiora/ exteriora/ inferiora et ſuperiora. Debet enī anima deuota per mētale exercitium contēplationis radiū reflectere. Primo ad interiora ſua/ vt videat qualiter ſit creata per naturā/ deformata per culpā/ reformata per gratiam. Secūdo debet cōuertere radiū contēplationis ad exteriora/ vt cognoſcat ꝙ inſtabilis ſit mūd⁹ ꝛ mūdana opulētia/ ꝙ mutabilis mundana excellentia/ ꝛ ꝙ miſerabilis mūdana magnificētia ¶ Debet etiā tertio radium contēplationis cōuertere ad inferiora/ vt intelligat hūane mortis ineuitabilem neceſſitatē iudicij finalis formidabilē auſteritatē/ pene infernalis intollerabilē penalitatem. ¶ Debet etiā conuertere q̄rto radium contēplationis ad ſuperiora vt cognoſcat ꝛ ſapiat celeſtis gaudij ineſtimabilē precioſitatem atq; eiuſdē ineffabilē delicioſitatē et interminabilē eternitatē. Hec eſt illa crux beata quattuor finib⁹ terminata. In qua anima deuota cum ſuo dulciſſimo ſpōſo ieſu xp̄o debes iugiter pēdere meditando. Hic eſt currus igne⁹ q̄ttuor rotis conſūmatus. In quo debes poſt tuū fideliſſimū amicū aſſidue contemplando celi palaciū conſcēdere. Hec eſt illa quadruplex regio

videlicet orientis/occidentis/ aq̄lonaris/ ⁊ meridionalis quem i tua anima quotidie debes peregrinādo incedere/⁊ tuū dilectū ſpecialiſſimū in ea ſpeculādo querere et inueſtigare:vt poſſis dicere cum ſponſa. In lectulo queſiui per noctem quem diligit aīa mea: hec quattuor tāgit apoſtolus/cū ſubiungit/vt poſſitis cōprehēdere cū omnibus ſanctis q̄ ſit lōgitudo ⁊c̄.

¶ Fruct⁹ iſti⁹ ſalutifere exercitationis ſi digne ⁊ laudabil'r exeq̄t: eſt felicitas eterna q̄ eſt ſummū et pulcherrimū ⁊ per ſe ſufficientiſſimum/nullo extra ſe indigens. In qua videbim⁹ ⁊ amabim⁹/ vacabimus ⁊ laudabim⁹ in eternū et vltra/eū qui eſt bn̄dictus in ſecula.

¶ Hunc fructū ꝓmittit apoſtol⁹ qn̄ ſermonē cōcludit dicēs. Ut impleamini in oēm plenitudinē dei. Hāc plenitudinē tūc inueniem⁹/ qn̄ deus fact⁹ fuerit volūtati multitudo/pacis ratiōi plenitudo lucis memorie ꝯtinuatio eternitat;. Tūc enī deus erit oīa in oibus cū a rōne omis error / a volūtate ois dolor ⁊ a mēoria ois timor receſſerit. Et ſucceſſerit illa quā ſperamus mira ſerenitas diuia iocūditas eterna ſecuritas. Hūc tractatum inſtigante conſcientia ꝑpter ſimpliciores quoſq; ſimplicib⁹ verbis de ſanctorum dictis copl'aui p modū cuiuſdā dyalogi. In quo aīa deuota ꝟitat; eterne diſcipl'a meditādo iterrogat ⁊ hō interior mētal'r loq̄ndo r̄ndet vt aūt ad ieſtiabilē ꝯtēplationē iſti⁹ mētal' exercitatiōis pueniam⁹ ab exordio icipiam⁹ ⁊ ad p̄rem luminū hūil'r iuocādo accedam⁹ genua cordis deuote flectam⁹ an̄ thronū lucis ⁊ eterne maieſtatis ⁊ ante ſoliū indiuidue trinitat; lachrimis ⁊ gemitibus iceſſabil'r clamem⁹/ vt de⁹ p̄r p ſuū bn̄dictū filiū donet in ſpiritu ſancto nobis grām vt poſſim⁹ cognoſcere q̄ ſit longitudo/latitudo/ ſublimitas / et ꝓfundū vt p hanc ꝑtingam⁹ ad eū q̄ eſt ois deſiderij finis et complemētum. Amen.

## ¶ Quomodo aīa exercitabit mental'r vt videat q̄l'r eſt formata p naturā Cap. j.

Anima.

O Ic queſo(o homo) dic mihi poſt deuotā inuocationē diuie magnificētie ⁊ poſt hūilē iploratione eterne ſapiētie ⁊ demum poſt flebilē ſupplicationē ſupne pietat; ⁊ clemētie grām exercitandi mētal'r circa hāc q̄druplicē materiā videl; lōgitudis/ latitudis/ ſublimitatis ⁊ ꝓfunditatis obtinerē:q̄ ordine inchoarē ne meritū hui⁹ exercitatiōis amittā ſi indebito ordie ignorāter ꝓcedā. Ordis enī ignorātia (ſm Ambro.) ꝑturbat formā meritoꝝ nec reputat ſm eundē ꝑfecta rei cognitio in nobis exiſtere cū ſcim⁹ q̄d ſit faciendū/ ⁊ ignoram⁹ q̄ ordie ſit ꝓcedendū. ¶ Homo. (O aīa ſm Bernard. ad Eugeniū papā) A te tua ꝯſideratio ſe ichoet ne fruſtra extēdar;ad aliēa te neglecta. Idē i meditatiōib⁹. Multi mlt̄a ſciūt ⁊ ſeipſos neſciūt alios iſpiciūt ⁊ ſeipſos deſerūt. deū q̄rētes p exteriora deſerētes ſua iteriora qb⁹ interior eſt de⁹. Idcirco ab exteriorib⁹ ad iteriora redeā ⁊ ab iteriorib⁹ ad ſuperiora ꝯſcēdā:vt poſſim cognoſcere vn̄ veni aut q̄ vadā:vn̄ ſim ⁊ quid ſim:⁊ itā p cognitionē mei aſcēdā ad cognitionē dei. Itē Criſo. ſup Matthe. dicit. Nō minima ps phi loſophie eſt cognitio ſui. Itē Ambroſi⁹ i exameron. Cognoſce o homo quantū ſcis vt cōſideres quid in te intret in cogitatiōe/q̄d exeat in ſermone. Uitā ergo tuā o anima q̄tidiana diſcuſſione examina et diligēter attende quantū proficias/et quantū deficias/q̄lis ſis in.

moꝛibus/qualis in affectionibus/ q̄ſ ſimilis ſis deo ⁊ q̄ſ diſſimilis: q̄ſ ꝓpe et q̄ſ longe. Illud ſemꝑ agnoſce q̄ multo laudabilioꝛ ⁊ melioꝛ es: ſi te cognoſcis q̄ſ ſi te neglecto curſus ſiderū: vires herbarū: complectiones hoim̄: naturā aialium cognoſceres: et ſciam oīm celeſtiū et terreſtriū haberes. Redde ergo te tibi ⁊ ſi nō ſemꝑ ſaltē interdū: rege tuos affectus: dirige actus: corrige greſſus. Igitur o anima tene ꝯſilia ſctōꝝ ⁊ ꝑmo radiū contēplationis cōuertere ad regionē orientalem: hoc eſt ad ꝯſiderationē tue cōditionis. Diligēter igit̄ cōſidera q̄ſ generoſe a ſummo artifice ſis facta ꝑ naturā: q̄ſ vicioſe a tua voluntate defoꝛmata ſis ꝑ culpā: q̄ſ gratioſe a diuina bonitate ſepe reformata ſis per grāꝫ. Generoſitas tua naturalis ꝯſiſtit in hoc (vt eſtimo) quia tibi naturaliter ad tui decoꝛē impſſa eſt imago beatiſſime trinitatꝭ. Vñ Anſelm⁹. Fateoꝛ dn̄e ⁊ grās ago quia me creaſti ad tuā imaginē vt tui memoꝛ ſim. te cognoſcā. te diligā. Bernar. in meditatōib⁹. Scd̄m interioꝛē hoiem tria in me inuenio per que deū recolo. cōſpicio ⁊ concupiſco. Hec tria ſunt: memoꝛia: intelligētia: et volūtas. Cū dei reminiſcoꝛ in ipſo cōdelectoꝛ. Memoꝛia eni ei⁹ ſuꝑ vinū. Cū intelligētia ipm̄ intueoꝛ q̄tū i ſe ſit icōp̄hēſibilis: qꝛ principiū et finis q̄tū in angelis deſiderabilis: qꝛ deſiderāt i eū ꝓſpicere. In ſctis oībus delectabilis inquātū in eo aſſidue delectant̄. in creaturis oīb⁹ admirabil': qꝛ oīa potenter creat: ſapiēter gubernat: benigne diſpenſat. Cū eni deū ꝑ voluntatē diligo me in ipm̄ transfoꝛmo. Hec eſt eni vt⁹ amorꝭ vt talē te eē opꝫ q̄le eſt illd̄ qd̄ amas. Recogſce ḡ o aia mea q̄ſ mira ⁊ ieſtiabil' dignitas eſt eſſe nō ſolū veſtigiū creatoꝛis qd̄ eſt cōe oīb⁹ creaturis: ſed eſſe imaginē qd̄ eſt ꝓpriū creature rōnal'. Lauda igit̄ aia mea dn̄ꝫ lauda deū tuū ſyon. Expergiſcere ⁊ lauda: exulta: ⁊ gaude q̄ iſignita ſis dei imagine decoꝛata ſiſitudīe ꝑticeps rōnis capax eterne btitudinis. Sꝫ qꝛ hec modica nō imerito foꝛte finirent̄ exulta ⁊ lauda: qꝛ cū predictis dedit tibi naturā immoꝛtalē: ſubſtantiā incoꝛruptibilē durationē iterminabilē: vitā ꝑpetuā. imago eni trinitatis nō eſſes ſi termino moꝛtis precludi poſſes. Aug. xv. de ciui. dei. O aia aduerte q̄ creatoꝛ tuus poſt illd̄ eſſe dedit tibi ꝑpetuū eſſe. poſt hoc dedit tibi viuere ſentire diſcernere: ſenſibus te decoꝛauit ſapiētia illuſtrauit. Tuā igit̄ pulchritudinē attende: vt intelligas qualē debeas pulchritudinē diligere q̄ ſi temetipm̄ vt expedit ꝯtēplari nō ſufficꝭ cur ſaltē qd̄ de te eſtimare debeas ex iudicio alieno nō ꝑpendis. Spōſū habes de cui⁹ pulchritudīe ſi non dubitares. ſcires q̄ tā pulcher: tā foꝛmoſus: tā glorioſus vnic⁹ dei filius tuo aſpectu captus nō eſſet ſi eū ſingularꝭ decoꝛ ⁊ vltra ceteros admirād⁹ nō attraxiſſet. hec aug. Sꝫ hec foꝛtaſſe o aia nimis igrata tibi videt̄ modica. Propterea audi ꝯtio dignitatē admirabilē. q̄ tāte es ſimplicitatꝭ q̄ nihil ꝑt donū mētis tue inhītare. nihil pōt i ea manſionē facere: niſi ſimplicitas ⁊ puritas trinitatꝭ eterne. Ecce qd̄ dt ſpōſ⁹ tu⁹. Ego (inqt) ⁊ pr̄ ad eū veniem⁹ ⁊ māſionē apd̄ eū faciem⁹. Johan. xiiij. Et alibi in euāgelio. zachee feſtinās deſcēde: qꝛ hodie i domo tua oꝫ me manerꝭ. Illabi ei mēti illi ſoli poſſibile ē: q ea creauit. Ipe eni ē q̄ intimioꝛ itimo tuo eē ꝑhibet̄. vt dt aug. Gaude igr̄ o felix aia q̄ potes eē tāti hoſpitꝭ hoſpita. ber. O felix aia q̄ q̄tidie coꝛ ſuū mūdat vt inhītātē deū ſuſcipiat: cui⁹ hoſpes nullo bono idiget: qꝛ auctoꝛē om-

luc. xix.

nium bonorũ in ſe habet. O ꝗ̄ beata anima apud quam deus ſibi requiem inuenit que dicere poteſt. Qui creauit me reqeuit in tabernaculo meo. negare ſiquidẽ ei celi requiem nõ poterit qui ſibi in hac vita requiẽ preparauit. Hec Bernard⁹. O aĩa nimis eſt auara ſi nõ ſufficit tibi tanti hoſpitis pſentia, qr ſcio ꝙ tam liberalis eſt ꝙ cõicabit tibi de bonis ſuis: ꝙ tam pi⁹ eſt ꝙ ditabit te de donis ſuis. Nullo eñi modo deceret tantũ principẽ/ ſi hoſpitẽ ſuum permitteret indigẽtem. Adorna igiť thalamũ tuũ et ſuſcipe regẽ factorem tuã / de cuius pſentia exultabit ⁊ letabiť tota familia tua. O vere mira ⁊ multum admirabilis ſentẽtia. Rex cuius pulchritudinẽ ſol et luna mirãtur/ cuius magnitudinẽ celum et terra reuerenť de cuius ſapientia celeſtiũ ſpirituũ agmina illuminãtur/ de cuius clemẽtia omniũ beatorum collegia ſatianť. talis tuũ o anima deſiderat hoſpiciũ tuum cenaculũ plus ꝗ̄ celeſte palacium appetit et exoptat. Delicie eñi ſue ſunt eſſe cũ filijs hominũ. Sed ſi hec adhuc te non mouẽt ad laudãdum creatorẽ tuum cõuerte contemplatiõis radiũ ad quartum beneficiũ ⁊ cognoſce ꝙ tãte capacitatis eſt palaciũ tuũ ꝙ nulla creatura ſufficit ſatiare tuum deſideriũ. Hugo de ſancto victore. Omnis iocũditas: oĩs ſuauitas: omnis potentia: oĩs opulentia rerũ creaturarũ afficere cor humanũ poteſt. ſatiare nõ poteſt. Anſelm⁹. Omnis creatura q̄ deus me⁹ non eſt mihi inopia eſt. Et q̄re. Reuera ſ͡m Gregoriũ in moralib⁹. Anima humana q̄ ad deũ appetendũ facta eſt quicq̄d infra deũ appetit minus eſt. Ideoq₃ iure ei nõ ſufficit qđ deus nõ eſt. Iam vt eſtimo anima ſufficiẽter vidiſti tuã nobilitatem q̄ eſt valde laudabilis conuerte nunc radiũ contẽplationis ad tuam ſuper ceteras creaturas poteſtatẽ. que reuera eſt mirabiľ. Hugo de arra aĩe. O aĩa mea q̄d dedit tibi ſpõſus tu⁹. Reſpice mũdum iſtum oĩs natura ad hunc finem curſum ſuũ dirigit: vt tuis vtilitatib⁹ deſeruiat tuis oblectamentis ſ͡m diſtributionẽ temporũ indeſinenter occurrat. Vide iam anima mea ⁊ diligẽter cõſidera ꝙ creator tuus ſpõſus et amic⁹ totã machinã mũdialem ad tuũ ordinauit miniſteriũ. Ecce angeli purgant ⁊ inflammãt tuũ effectum: illuminãt ⁊ informant tuũ ſubiectũ perficiunt ⁊ cuſtodiũt totum tuũ ſubiectũ. Magna dignitas eſt habere tales doctores/ conſolatores et tales cõſeruatores. O anima ſi videre poſſes q̄̃to gaudio quantoq₃ tripudio aſſiſtũt orantib⁹: inſunt meditantib⁹ q̄̃to ſtudio nos in bono conſeruãt ꝗ̄to deſiderio nos ad ſalutem noſtrã eternã expectant. Celum tibi deſeruit ꝑ ſuum motũ. luminaria celi per ſuũ influxum: ſol creat tibi diẽ: luna illuminat tibi noctem. ignis temperat tibi aeris frigiditatem: aer tibi mitigat: ignis ĩternã caliditatem aqua tibi mundat fetorẽ: mitigat tibi ſiccum ardorẽ: et fecũdat terre rigorẽ. Terra vero te ſuſtentat ſua ſoliditate: recreat ſua fertilitate: delectat ſua amenitate. Ecce anima breuiter diſcurriſti per ſingula ab inferiorib⁹ ad ſuperiora ⁊ inueniſti ꝙ oĩs creatura ad hũc finẽ ex diuina ordinatiõe curſum ſuum dirigit: quaten⁹ tuis vtilitatibus deſeruiat / tuiſq₃ oblectamẽtis indeſinẽter occurrat. Sed caue anĩa mea ne non ſpõſa ſed adultera dicaris ſi mũera dãtis pluſꝗ̄ affectum amãtis diligis. Auguſt. in libro confeſſionũ. Ve tibi ſi oberras in veſtigijs ſuis: ſi nut⁹ ſuos pre eo amas et non aduertis pur

Eccli. xxiiij.

puerb. viij.

garemētis intelligētia: q̄d innuat lux beatiſſima cuiꝰ nutus ꝛ veſtigia ſunt oīm creaturarū decus et forma. Adhuc ſi ignoras te o pulcherrima mulierū egredere et abi poſt veſtigia gregū .i. irrōnalium creaturarū que ſunt veſtigiū creatoris tui. Tu ꝟo ſpeculū beatiſſime trinitatis: ergo oībus dignior et excellentior cōprobaris. Et paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtoris .i. cōuerte cogitatiōes tuas ad choros angeloꝝ: quibus quodāmodo ſimilis es in natura/ et conciuis eris in gloria.

## ¶ Qualiter aīa eſt deformata per culpam.

¶ Anima.

Iam ſatis ſilui / diu tacui: nūc cū verecūdia et rubore cōpellor cōfiteri ꝛ dicere ꝙ hāc dignitatem modicū aduerti. Amorem meū heu ego infelix ꝛ miſera nimis indigne ꝓſtitui: factorem meū non ꝓ his oībꝰ glorificaui: deū meū ꝓpter dona ſua non benedixi: et non adoraui eum toto tēpore vite mee: nimis īdigne irreuerēter / vane et negligēter vixi. Et vt fateor ſm̄ Bern. quāto perfectiꝰ dignitatem meā aſpicio tanto magis vitā degenerē me duxiſſe cōfundor ꝛ erubeſco. Timeo eīm ꝙ tanto grauior ſit culpa: q̄to dignior ꝛ nobilior ſit natura. Formido ꝙ tanto grauior eſt offenſa: q̄to maior eſt illiꝰ qui offendit excellentia. Pertimeſco ꝙ tanto peior eſt iniuria: q̄to maiora fuerūt illiꝰ cui iniuriam irrogaui beneficia. Heu dn̄e deꝰ meꝰ ex dignitate ſubſtātie iam perpēdo vtilitatem malicie. ex ſpecioſitate nature cognoſco deformitatem culpe. ex recordatione beneficioꝝ acceptorū intelligo ingratitudinem factorū meoꝝ. Heu heu dn̄e deus. Ue mihi miſere: iam video / iām cognoſco ꝙ quicq̄d a ſummo datore accepi ad vſum vite / miſerabiliter infixi ad vſum prauitatis et culpe. Tranquillitatē humane pacis ad vſum conuerti vane ſecuritatis. Peregrinationem terre ꝓ inhabitatione dilexi: patrie ſalutē et pulchritudinem corporis redegi ī ſeruitutē voluptatꝫ. Ubertatꝫ habūdantiam non ad neceſſitatē corporis ſed ad ſuperfluitatē expēdi miſere cupiditatis. Tempora ſerena et blādimēta aeris ad amorē mihi ſeruire coegi terrene delectatiōis. Timeo heu ꝛ valde pertimeſco vt ſimul me ferire puniendo debeāt que vitijs meis male ſubacta ſeruiebant. Hec Grego. in omelia.

¶ Homo. ¶ O aīa / aliq̄liter iam perpēdo ꝙ bona eſt tua cogitatio. Ex ꝟbis eīm tuis ſentio ꝙ non fuit fruſtra mea ammonitio. Uidetur mihi ꝙ lumine diuino ſis aliq̄liter illuſtrata: et tactu veri lumīs mota. qꝛ ſm̄ Greg. in moralibꝰ. Unuſquiſqꝫ dum tactu veri luminis illuſtratur ſibijpſi oſtendit: vt inde cognoſcat quid eſt iuſticia / inde erudiatur q̄d eſt culpa. Unde ſancti viri quo altiꝰ apud deū virtutū dignitate proficiunt / eo ſubtiliꝰ indignos ſe eſſe deprehēdūt: qꝛ dum ꝓximi luci ſiūt eos q̄cq̄d in ſeipſis latebat inueniūt. Hec Gregoriꝰ. Igit̄ aīa ſi luce veritatis tacta dignitatem tuā quā hactenꝰ non attendiſti cognoſcis. Sic culpā qua creatorē tuū offendiſti intelligas et vidiſti q̄ glorioſe formata ſis per naturā: vide nunc q̄ vitioſe deformata ſis per culpā. Anſelmꝰ. Reduc aīa erūnoſa et miſera ad memoriam enorme delictū: et perduc in celū vſqꝫ rugitū et lamētū. Cogita aīa ꝑfida dei / adultera xp̄i q̄d feceris. Dereliq̄ſti in celo caſtum amatorē tuū: cōtēpſiſti factorem tuū: repudiaſti ſpōſum tuū: turbaſti deū tuum: irreuerēter tractaſti

angelum cuſtodem ſanctum tuū. Eras tēplum xpi:ſpōſa dei:ſacrariū ſpūſſancti. Que eſt iſta ſubita conuerſio ⁊ repētina mutatio: de dei virgine facta eſt corruptio ſathane: de ſpōſa xpi ſcortū execrabile diaboli. Hec Anſelmus in libro de ꝑlatione virginitatis perdite. Recordare o aīa ꝓpter qd vendideris decorem tuū: et ꝓpter qd abieceris honorē tuū pro quo tā turpiter fedaueris vultū tuū que tāta bona tam vili precio vendidiſti? O aīa/quare te tot bonis ſpoliaſti? quare fruſtra tātis te honoribus ꝓuaſti? quare tot bona opera neglexiſti? tot annos? tot dies? tot horas ſine fructu vixiſti?

Anima. Recognoſco homo ꝙ verū loqueris: et immerito me de tāta tranſgreſſione reprehēdēdis. Bernard⁹. O dn̄e deus me⁹ quot tēpora effluxerūt in quib⁹ ſine fructu vt aſpicio vixi: coram te q̄uo ſubſiſtam? Q̄uo ad te leuare potero faciem meā in illo magno et terribili examine/quādo enūerari iuſſer; oēs dies meos querēs fructum in eis? O dn̄e deus cur intermiſi te vllo tēpore verſari in corde meo/te tota mēte amplecti in tua dulcedine delectari. Oīa interiora mea vbi tūc erāt quādo tecū non erant/cū a te habeat oīs creatura quicq̄d habet deſiderabile/laudabile/delectabile. Hec Bernardus. Heu dn̄e nūc intelligo ſed confiteri erubeſco: ſpecies et decor creaturarū decepit oculum meū: et non aduerti q: ſpecioſior oīb⁹ creaturis tu es: quib⁹ tātūmodo vnam guttā tue ineſtimabilis pulchritudinis cōmunicaſti. Quis em̄ ornauit celū ſideribus: aerem volucrib⁹: aquam piſcib⁹: terram plātis ⁊ florib⁹: hoīes ī corpore diuerſis colorib⁹: in mēte varijs virtutib⁹. Nōne clemētiſſime pater per te illa celeſtiū ſpirituū agmina varijs donis ſunt ornata? Nōne per te ſeraphin ardent dilectione: cherubin lucent cognitiōe: de tuis donis iudicant throni: de tuis munerib⁹ dominātur dn̄ationes incliti: ex tua virtute preſunt principatus: ex tua poteſtate demones arcēt poteſtates: ex tua ꝓfunda potentia miracula faciunt virtutes: ex tuo precepto archangeli magnis nūciāt maiora: angeli vero minorib⁹ ſignificant minora. Sʒ quid ſunt hec oīa niſi tue pulchritudinis modica ſcitilla. O bone ieſu fons vniuerſe pulchritudinis ignoſce michi miſere ꝙ tuam pulchritudinem tam ſero cognoui/tam tarde amaui: ꝓpterea miſerabiliter oberraui. Dulcedo etiam creaturaꝝ decepit guſtū meū et non aduerti ꝙ melle dulcior es. Tu em̄ melli ⁊ omni creature dulcedinem ſuā immo tuā cōmodaſti et non eſt aliud in creatura dulcedo vel delectatio niſi tue dulcedinis (quā abſcondiſti timētibus te) demōſtratio. Unde dulcedo oīm creaturarū ſi quis iuſte aduertit nichil aliud facit niſi ꝙ ad tuam dulcedinem eternā inuitat. O ieſu fons vniuerſe dulcedinis ⁊ pietatis ignoſce mihi ꝙ tuā ineſtimabilem et melliſluā dulcedinem increatam nō cognoui nec deguſtaui: ꝓpterea miſerabiliter oberraui et aīam meam vſq₃ modo ſiliqs porcorum vix ſaturaui. Sed heu nūq̄₃ vt timeo de pane filioꝝ tuoꝝ māducaui: ideo ſemper in delitijs mūdi ieiuna et famelica permāſi. Gregorius. Quia intus guſtare nolum⁹ paratam dulcedinem: propterea ieiuni et famelici amamus miſeri famem noſtram. O dulciſſime Jeſu modo video modo cognoſco ꝙ oīs dulcedo tibi contraria fuit mihi afflictio ī magna miſeria. Auguſtinus in libro confeſſionum. Tu em̄ miſericordiſſime

deus etiam in peccatis meis sem-
per michi aderas: piissime seuiēs
ōēs iniquas delectationes meas
et malas amarissimis respergens
amaritudinibus / doces per flagel
la si vellem sine amaritudine dele
ctari non possem nisi in te dn̄e. hec
Augustin⁹. Sed heu hāc doctri
nam non intellexi: ꝓpterea oberra
ui semperq; in delitijs meis iniqs
timui ꝓditorem / timui accusato
rem: timui reprehēsorem: formida
ui aliquotiēs cōsciētiam: et expa
ui multotiēs infamiam: nōnunꝗ̄
horrui gehennam: et tamen heu
ego misera inter tot tormenta non
mutaui volūtatem ꝓpriam. Dece
pit etiam odor creature olfactum
meū: et ignoraui ꝙ odor tu⁹ o bo
ne iesu supat oīa aromata. O bo
ne iesu fons odoris cui⁹ suauitas
facit indesinenter post te currere
et infatigabiliter laborare: ignosce
michi ꝙ tam sero te cognoui tam
tarde in odore vnguentoꝝ post te
cucurri. Puto tamen et per hoc
me non excuso ꝙ odor illi⁹ celestis
apothece huic terreno fetori quo
infecta eram non miscetur. Dece
pit etiam sonus falsus creaturaꝝ
auditum meū: et nesciui nec sensi
ꝙ̄ dulcia faucib⁹ electoꝝ tuoꝝ elo
quia tua: ꝙ̄ suauis aurib⁹ amicoꝝ
tuoꝝ cōsilia tua: ꝙ̄ leuia manibus
sanctoꝝ tuoꝝ mandata tua. O ie
su fons sapiētie / auctor sciētie / cō
siliator casti consilij fac me vel sal
tem modo audire vocem tuam: so
net vox tua in aurib⁹ meis. Cum
quāta amaritudine recogito ꝙ fe
fellit me illa vox miserrima cantā
tium ⁊ dicentiū. Venite fruamur
bonis que sunt: coronemus nos ro
sis anteq̄ marcescāt / et nō nos pre
tereat flos tēporis. Vino precioso
et vnguentis optimis nos implea
mus: vbiq; relinquamus signa le
ticie nostre. Hanc vocem audiui
et non intellexi quoniam oīa vana
sunt ⁊ risu digna. Omnia eñ hec
et his similia cito pertransierunt:
et velut vmbra euanuerūt. Quid
eñ vana hec oīa amatoribus suis
contulerūt quem fructum tūc ha
buerunt in illis in quib⁹ nunc con
fundūtur ⁊ erubescūt. O dn̄e de⁹
me⁹ lumen cordis mei / panis ani
me mee. Virtus amaricans men
tem meā / non te amabam et forni
cabar abs te / et fornicāti michi so
nabant euge euge. Amicitia hui⁹
mūdi fornicatio est abs te. O qđ
miserius misero non miserante su
per seipsum. Sed inter hec oīa tu
amātissime de⁹ michi semper ade
ras: vocem tuā frequēter audiui:
inspirationem tuā salutiferā sensi
et non consensi. O quotiēs michi
illud salutiferum consilium inspi
rasti. Peccasti quiesce desine eru
bescere. Ad que ego misera (morē
secuta beati Augustini in libro cō
fessionum) verba somnolenta ali
quādo respondi. Dn̄e expecta me
modicum: sine me paululum: mo
do a vanitate quiescam: modo de
malignitate erubescam: oīa et va
na ⁊ mūdana derelinquam. Sed
heu modicū non habebat modū:
et paululum in longū ibat. Item
August. de verbis dn̄i. Ipa segni
cies est res que multos eternali
ter occidit: et finaliter in peccatis
detinet ꝙ se ad vocem dn̄i non cor
rigunt petōres. Vocem quidem
occulte inspirationis audiunt: sed
vitam non corrigūt dicentes cras
cras: et subito ostiū clauditur: re
manetq; peccator foras extra ar
cham celestis patrie cum voce cor
uina: quia ꝓ peccatis gemere no
luit cum colūba. Gregori⁹. Heu
ꝙ̄ multos in peccatis peius sua fe
licitas ꝓstrauit. Multos diutur
na pax inertes reddidit: eoq; illos
mox man⁹ hostis graui⁹ pertulit:
quos longe quietis vsu negligētes
inuenit. Item Greg. Quos deus

vt cõuertãtur diuiti⁹ tollerat:non
cõuerſos duri⁹ dãnat. Sed o ho-
mo vt tibi mee infelicitatis hyſto-
riam pfecti⁹ manifeſtem: ꝯfiteoꝛ
qꝛ hec oĩa mee infelicitati non ſuf-
ficiebant:ſed ad cumulũ dãnatio-
tionis heu mundana mollicies ta-
ctum meũ nimis miſerabiliter de-
cipiebat:ꝛ ignoꝛaui ꝙ tam ſuauis
(o bone ieſu)eſſet tuus amplexus:
tam honeſt⁹ attactus tu⁹:tam de-
licioſus cõuictus tuus. Cũ eñi te
amauero munda ſum:cũ tetigero
caſta ſum:cũ accepero virgo ſum.
Tuus o dñe ieſu amplex⁹ non ma-
culat ſed mũdat:tuus attact⁹ non
inquinat ſed ſctĩficat. O ieſu fons
vniuerſe dulcedinis et ſuauitatis
ignoſce michi ꝙ tam ſero credidi
quãtum habet delicioſitatis/quã-
tum honeſtatis/quãtum iocũdita
tis quãdo leua tue diuine ſapien-
tie ꝛ cognitiõis eſt ſub capite meo
id eſt ratiõe:et dextera tue diuine
clemẽtie et dilectiõis amplexabiť
me.i.volũtatẽ. Heu miſerã quid
vnꝗ̃ tã dulce/ſuaue/ tam delitio-
ſum ꝛ tam ſalutiferũ põt experiri:
ꝗ̃ inter bꝛachia tãti ſponſi quieſce
re/inter oſcula tanti regis ꝛ amici
fideliter obdoꝛmire. Hãc dulcedi-
nem ſenſerat aĩa deuota qñ opta-
Cãti.j. bat dicens. Oſculetur me oſculo
oꝛis ſui.ꝛc. Nũquid has delitias
aĩa deuota erat experta quando
oꝛabat ardẽs ꝛ iam pene deficiẽs
pꝛe dilecti ſui cõcupiſcẽtia dicẽs
Cãtico- in cãticis. Quis mihi de te fratrẽ
rũ.viij. meũ ſuggẽtem vbera matris mee
vt inueniã te ſolũ foras et deoſcu-
let te ꝛ iam me nẽo deſpiciat. Ap-
pꝛehẽdam te ꝛ introducã te in do
mum patris mei: et in cubiculum
genitricis mee ibi me docebis: et
dabo tibi poculum ex vino cõdito
et ex muſto malagranatoꝝ meoꝝ.
Quis enarrare ſufficiat niſi ꝗ̃ mẽ
te guſtaſſet ꝗ̃tum habet hoc ver-
bum dulcedinis ꝛ deuotionis:qñ
bene ponderať et recte cribꝛať de
uota mẽte. Unde expoſitiõem de-
uote mẽti reliquo. Sed o dñe de⁹
ſi hec tam dulcia ſunt cogitãti:ꝗ̃
dulcia eſſe poſſunt deguſtãti. Si
tam ſuauia ſunt legẽti:ꝗ̃ cõſolato
ria erũt per affectum ſentiẽti. Au
guſt. Fac me dulciſſime Jeſu int⁹
guſtarẽ per amoꝛẽ qđ extra gu-
ſto per cognitiõem:fac me ſentire
per affectum qđ ſentio per intelle-
ctum. Sed que veſania que infer-
nalis furia tanto tẽpoꝛe a me ꝓhi
buit talia ꝛ tãta mẽtis mee ſolatia
tam diuina gaudia/tam melliflua
conuiuia. Dic queſo o homo que
eſt tãti mali cauſa: que tanti peri-
culi ratio:que tanti dãni occaſio?
¶ Homo. ¶ Uideo o aĩa ꝙ iam
fatigata laboꝛib⁹/iam vexata do-
loꝛibus vltra inuenire non valeas
cui tantũ dãnum illatũ aſcribas.
Peto igiť vt cũ patientia audias
ſi tibi tãti mali cauſam demõſtra-
uero:ſi tibi tãti dãni inimicũ oſtẽ-
dero. Jam ꝓ parte hoſtem tetigi-
ſti aliqualiter:tamen foꝛte pꝛe do
loꝛe mẽtis non aduertiſti. Habes
o aĩa mea inimicũ domeſticũ:ho-
ſtem amicũ:aduerſarium pꝛopin-
quum qui tibi malũ pꝛo bono red-
didit:et ſub ſpecie amicitie crude-
lioꝛ exiſtẽs inimic⁹ his oĩb⁹ ꝛ aliȷs
infinitꝫ bonis te pꝛiuauit. Hic ho-
ſtis ſalua tua reuerẽtia eſt caro in
felix ꝛ miſera multum tamen tibi
dilecta. Hanc cũ pauiſti inimicũ
peſſimũ cõtra te erexiſti. Hãc cũ
honoꝛaſti/hoſtem crudeliſſimum
cõtra te armaſti. Hãc cũ foꝛis va-
riȷs ꝛ pꝛecioſis veſtib⁹ induiſti/oĩ-
bus interioꝛib⁹ oꝛnamẽtis te ſpo-
liaſti: neſciẽs qđ dicit btũs Greg.
in omelia. Unde inquit caro ad
tempus ſuauiter viuit: inde ſpũs
in eternum toꝛquebitur ꝛ ingemi-
ſcet. Et ecõtra quo plus caro pꝛe-
mitur: eo plus de ſpe celeſti ani-
mus letatur. Unde pꝛo tãta iniu-

ria nobis per te illata cõtinere am
plius me nõ valeo quin tantũ ma:
lum hucuſq; ſub ſilentio periculo:
ſe pertranſitũ reprehẽdam. Scio
(inquit Bernard⁹ in meditationi:
bus) o aĩa quendam q̃ per plures
annos tecũ vixit/ad menſam tecũ
ſedit: cibũ de manu tua ſumpſit:
et i ſinu tuo dormiuit: cũ voluit te
cum colloquiũ habuit: hic iure he
reditario ſeru⁹ tu⁹ eſt: ſed qꝛ deli:
cate nimis enutriſti eũ/et te in ſer:
uitutem redegit/ et calcaneũ ſuũ
leuauit ſuper caput tuum. O aĩa
miſerabilis et miſera: quis te libe:
rabit de vinculo improperij hui⁹?
Exurgat deus et cadat armatus
et conteratur inimic⁹. Inimicus
inq̃ꝫ cõtẽptor dei: amic⁹ mũdi: cul
tor diaboli. Quid tibi videtur de
illo? Si idem ſentis mecũ dices/
reus eſt mortis crucifigatur. No:
li ḡ diſſimulare: noli differre: noli
parcere: crucifige crucifige eum.
Sed in qua cruce? In cruce dñi
noſtri ieſu xp̄i: in qua eſt ſalus/vi:
ta ꝛ reſurrectio noſtra. Recole igi
tur o aĩa: primordia tua attende:
ꝙ es inſignita dei imagine: deco:
rata eius ſimilitudine: deſpõſata
fide: dotata ſpe: preelecta charita
te: redempta ſanguine: particeps
gratie: capax beatitudinis: q̃d ti:
bi cũ carne vnde iſta pateris? Si
diligẽter cõditiones ei⁹ aduertis
nũq̃ꝫ vilius ſterquilinium vidiſti.
Si ei⁹ miſeriam enumerare velis
q̃ꝫ onuſta ſit peccatis: pruriẽs con:
cupiſcẽtijs: occupata paſſionib⁹:
polluta illuſionib⁹: confuſione ple
na: ignominia repleta: quid de ea
habes aliud q̃ꝫ cogitatiões fedas
et immũdas? Hec Berñ. Idem.
O maria deuota erubeſce in ſimi:
litudinem porci cõmutari: erube:
ſce volũtati in ſceno que es de ce:
lo. Idem ſuper cãtica. O aĩa: do:
nec in carne es inter ſpinas verſa:
ris: et neceſſe eſt vt tentationũ tri:
bulatiões et pugnationũ aculeos
grauiter patiaris. Unde dicit ti:
bi in canticis. Sicut lilium inter Cãti.ij.
ſpinas ſic amica mea inter filias.
O candẽs lilium: o tener ꝛ delica
te flos: increduli ꝛ ſubuerſores ſũt
tecũ/et cum ſcorpionib⁹ habitas.
Uide ergo qũo caute ambules in
ter ſpinas. Caro et mundus pleni
ſunt ſpinis: cõuerſari cũ eis ꝛ non
ledi diuine potẽtie eſt ꝛ non virtu:
tis humane. Hec Bernardus.
¶ Eſt ꝛ alius inimic⁹ fortis ꝛ cru
delis qui mira calliditate oĩm di:
ſcutit cõſuetudĩes: vẽtilat curas:
ſcrutat̃ affectus: ꝛ ibi ſemper que
rit cauſas nocẽdi vbi quãdoq; vi:
derit ſtudioſius occupari. Nouit
eñ hic hoſtis antiqu⁹ ab initio hu
mani generis inimicus: cui ip̄e il:
lecebras gule ingerat: cui virus in
uidie infundat: cui blandimẽta lu
xurie obijciat: cui vana ſupbie in:
citamẽta ꝓmittat. Nouit quẽ me
tu opprimat: quem gaudio fallat:
quem admiratione ſeducat. Ha:
bet etiam aliquos ſibi obligatos
quoꝝ ad alios decipiendos inge:
nijs vtitur ꝛ linguis. O aĩa fragi:
lis ad reſiſtẽdum: facilis ad cadẽ:
dum: difficilis ad reſurgẽdũ: qua
liter iſtius crudelis aduerſarij la:
queos euadere poteris: quem tan
tis ſubtilitatibus preditum agno
ſcis. Hec Leo papa.
¶ Anima. ¶ Nũc video iam pri:
mitus recognoſco: ſicut dicit Au:
gu. Conſuetudo peccati eſt ꝙ non
facile cognoſcit̃ a deo que ip̄o pre
mitur: ſed mox cũ ceperit ſe quis
ab illo alienare tũc demum cogno
ſcit in quãta feditate iacuit. Igit̃
qꝛ iam aliq̃liter meipam a pecca:
to alienari incipio/ et per hoc me
et peccatum agnoſco/ me ampli⁹
a plãctu cõtinere nõ valeo. O dñe
de⁹ me⁹ tu impreſſiſti michi ama:
bilem imaginẽ tuã: et ego ſuperin:
duxi odibilẽ imaginẽ diabolicã.

Heu heu miſer homūcio q̄ demo
nis imagine ſuperipreſſi ſup ima=
ginem dei. Cur non odi ei⁹ imita=
tionem cui⁹ abhorreo nomen. Ille
ſpōte cecidit: ego volēs corrui. Il
le nulla precedēte vindicta pecca
uit ſuperbiens: ego viſa eius pena
peccaui cōtēnēs. Ille ſemel inno=
cētia eſt inſtitut⁹: ego multotiens
ſum reſtituta. Ille ſe erexit con=
tra eū qui ſe fecit: ego me erexi cō
tra eū qui me refecit. Ille deū de=
reliquit pmittētem: ego fugi deū
pſequētem. Ille preſtat i malicia
deo reprobante: ego curro a deo
misericorditer reuocāte. Et ſi am=
bo cōtra deū / tū ille non cōtra re=
quirētem ſe: ego ꝟo cōtra morien=
tem pro me. Ecce cui⁹ imaginem
horrebam: cum in multis inuenio
horribiliorem. Fuge fuge a me o
horribilis ſubſtātia. Si me vide=
ro eſt horror intollerabilis: ſi nō vi
dero eſt mors ineuitabilis. O q̄ fe
lix qui ſibi eſt horribilis: multo fe=
licior cui mors eterna ſenſibilis.
Anſelmus. O pater patiētiſſime:
o rex clemētiſſime: tegere non va=
leo / excuſare nequeo: et tamen cō=
fiteri non modicū erubeſco. Iam
cauſam tantorum malorꝫ inuenio:
iam qd̄ prius latuit agnoſco. Ber=
nardus in meditatiōib⁹. Cor meū
miſerum dum futurum non cura=
uit gaudiū nec diuinū queſiuit cō
ſilium a ſeipo fuit elongatū: et in
amore terreſtriū occupatū: dūq̄
elapſum fuit ab illis ꝛ inuolutū in
iſtis: vanitas ipm̄ recepit: luxuria
polluit: curioſitas abduxit: cru=
ciabatur inuidia: torquebatur ira
cūdia: diuidebat̄ auaricia: anxie=
batur accidia: ſicq̄ immergebat̄ oī=
bus vitijs: q̄ vnum bonum qd̄ ſibi
ſufficere potuit / dereliq̄t. Abeant
ergo mitiſſime de⁹ in obliuionem
corā te oīa mala conſumpta mea
tēpora: et concede vt hoc tpis mei
reſiduum forte nimis breue ꝛ mo=
mentaneum ſit tibi honorificū / mi
chi fructuoſum / et p̄rimo edifica
torium. Iam piiſſime de⁹ propter
magnitudinē dāni qd̄ infelix ꝛ mi
ſera miſerabiliter incurri. Video
et cognoſco q̄ meipm̄ ꝛ peccatum
meum ſufficiēter vt merui deplan
gere non valeo. Si tāta debet eſſe
non immerito pcti deteſtatio: q̄ta
fuerat i miſera volūtate dlectatio.
¶ Homo. ¶ O aīa ſi pro te vt aſ=
ſeris nō potes nec ſufficis delictū
tuum deplāgere / neceſſe habes te
ad aliquem ſctōꝝ conuertere. An
ignoras q̄ ſm̄ Bernard. ſecurum
habes acceſſum ad deum: vbi ma
trem habes ante filium: filium an=
te patrem. Mater pro te oſtendit
filio pectus ꝛ vbera: filius patri la
tus ꝛ vulnera. Putas q̄ illa pote
rit ibi eſſe repulſa: vbi tot ſunt cari
tatis iudicia. In periculis ḡ et in
anguſtijs ac in reb⁹ dubijs mariā
cogita / mariam inuoca. Non rece
dat a corde tuo: non diſcedat ab
ore tuo. Ipam ſequēs nō deuias:
ipſam rogās non deſperes: ipſa te=
nēte non corruis: ipa p̄tegēte non
metuis: ipa duce nō fatigaris: ipa
p̄picia ad veniam peruenis. Hec
Bernard⁹. Anſelmus. Dic igitur
o aīa cum magna mentis fiducia.
O dn̄a ſi tuus fili⁹ per te fact⁹ eſt
frater noſter: nonne tu per ipm̄ fa=
cta es mater noſtra? Exultabor
et letabor: q̄ quicquid iudicabit̄
de me pendet ex ſententia matris
et fratris mei. ¶ Anima. ¶ Cum
peccaui i filium irritaui matrem:
matrem offendere non potui ſine
iniuria filij. Quid ergo o homo
faciam? Quis reconſiliabit me?
Quis mihi placabit matrē irrita
to filio? ¶ Homo. ¶ O aīa non
dubites: ſi ambo ſunt offēſi / ambo
ſunt clemētes / ambo piiſſimi. Cō=
fugiat ergo reus iuſti dei ad piam
matrē. Refugiat reus offenſe ma=
tris ad benignum filium et dicat.

Deus qui factus es filius femine propter miam. Femina que facta es mater dei ꝓpter miam: aut miseremini mihi ipsie peccatrici: aut oſtēdite michi magis mie ad quē ego miſera confugere valeam.

¶ Anima. ¶ O ꝗ ſanum cōſiliū tuū: ꝗ conſolatorium eſt michi miſere verbum tuum. Quia quādo peccatum meū recte aſpicio/ tunc inuenio tunc agnoſco ꝙ elementa ꝑ peccata mea pollui: celos inquinaui: aſtra celi obfuſcaui: damnatos in inferno cruciaui: ſanctos in celo perturbaui: angelos mihi ad cuſtodiam deputatos irreuerēter pertractaui. Unde ab oib⁹ his auxiliū petere pertimeſco. Et quia iuſti iuſte mihi indignati ſunt ad ipſos confugere non preſumo.

¶ Homo. ¶ O aia nimia eſt trepidatio tua / ꝗuis placita ſit hūiliatio tua. An ignoras ꝙ multi ſancti peccauerunt: ꝗ qualiter nobis peccātib⁹ miſereri debeāt in ſuis magnis peccatis didicerūt. Cogita moyſen ꝓphetam eximium de diuina potētia deſperātem. Cogita dauid regem ſanctiſſimum contra diuinam legem adulterio ꝛ homicidio peccātem. Agnoſce ſalomonem ſapiētiſſimum idola vana adorantem. Cognoſce manaſſem regem iniquiſſimū: qui pluſꝗ oēs reges iſrael peccauerat: qui dicebat. Peccata mea ſuper numerū arene maris: et non ſum dign⁹ videre altitudinem celi pre multitudine iniqtatis mee. Hos ſemp cogita veniā impetrātes. Sed quid plura de ſanctis veterꝫ teſtamēti? Cogita nūc ꝛ aduerte pauctos de ſanctis noui teſtamēti. Uide mattheum ſedentem ad theoloneum peccatorem et publicanū/ et aſſūptum in diſcipulum. Uide paulū lapidantem ſtephanum/ et electū in apoſtolum. Uide petrum xp̄m abnegātem/ et mox veniam impetrantem. Uide militem xp̄m crucifigētem: et tamen de diuina mia preſumentem. Poſtremo cogita o aia ꝙ illa famoſa ꝛ immūda peccatrix maria magdalena facta eſt ſinglaris et ſpecialis xp̄i amatrix. Oēs eni quotquot modo cū deo regnant: vel olim ſicut nos peccauerunt: vel ſaltem peccaſſe potuiſſent ſi eos diuina clementia a peccato non preſeruaſſet. Quia cuicūqꝫ donatum eſt vt peccare penitus non potuerit non eſt hoc nature humane ſed diuine gratie.

¶ Anima. ¶ Jam nūc ſecure ꝓphetas et reges imploro. Audacter martyres ꝛ apoſtolos inuocabo: cōfeſſores ꝛ virgines ꝛ viduas cōſtāter interpello: ſed tamen pre oib⁹ his dei genitricem ſacratiſſimam virginem mariam confidentius adorabo. Scio eni ꝙ tam pia dulcis et ſuauis eſt maria ꝙ nec noiari poteſt quin accēdat: nec cogitari quin recreet affectum diligentium ſe. Hec eſt illa que ſalutem oibus impetrauit: et toti⁹ mūdi reparationem inuenit. hec Bernardus. Anſelmus. O femina mirabiliter ſingularis et ſingulariter mirabilis per quam elemēta renouantur: infirmi medicātur: hoies ſaluātur: et angeli reintegrantur. O femina gratia plena: de cuius plenitudinis habundātia reſperſa reuiuiſcit oīs creatura. Bernardus. O benedicta genitrix vite: inuētrix gratie: mater ſalutis per te acceſſum habemus ad filiū tuum vt per te nos ſuſcipiat ꝗ per te datus eſt nobis. Excuſet apud ip̄m integritas tua culpā corruptiōis noſtre: humilitas tua o beatiſſima veniam impetret vanitati noſtre. O benedicta per gratiā quā inueniſti: per aīam quam peperiſti: fac vt qui mediāte te dignat⁹ eſt fieri ꝑticeps miſerie noſtre te intercedēte nos faciat ꝑticipes glīe ſue.

¶ **Qualiter anima refor-mata eſt per gratiam.** ¶ Homo.

Iam nũc vt eſtimo o a-nima aliqualiter meri-torie ↄuertiſti radium cõtẽplationis ad vidẽ-dum qualiter forma-ta ſis per naturã/et quomodo de-formata per culpam:cõuerte nũc radium tuũ/iam vt ſpero per con-tritionem deputata ad intuẽdum qualiter ſis reformata per gratiã. Scire tamen debes ꝙ quãto per-fectius per cõtritiõis lauachrum caligo mẽtis detergitur:tãto luci-dius diuine reparationis benefi-cium ſpeculatur. Peccatum eñ ſm Augu. eſt tenebra quibꝰ intel-lectus obtũditur:⁊ interior homo totꝰ obtenebraṫ. Unde neceſſe eſt vt tanto ſollicitius mẽtales oculi a peccati tenebris per compũctio-nis lachrymas cõtinue expurgen-tur:quãto amplius per hanc contẽ-plationis radiꝰ obtenebraṫ. Iam igitur aïa in affectionibus ſerena-ta dirige radiũ contẽplationis ad intuẽdum ꝙ̃ profunda dei clemẽ-tia: et ꝙ̃ alta dei ſapiẽtia:ꝙ̃qȝ mi-ra dei potẽtia ſis per gratiã refor-mata. Conſidera primo qualiter per beneficiũ redẽptionis te a pec-cato originali liberauit. An igno-ras ꝙ per peccatum originale cas bonis naturalibꝰ et ſpũalibus ſpo-liata:poteſtati pricipis tenebrarũ ſubiugata: a patria tua repulſa et alienata. Unde ſm Bern. ſingula-ris maieſtas mori voluit vt viue-remus:ſeruare vt regnaremus:et ad viliſſima opera inclinatꝰ eſt vt nos cõſtitueret ſup oïa opera ſua. Uenit eñ filiꝰ hoïs querere ⁊ ſal-uum facere quod perierat. Uenit inqȝ vt te ſuperbum humiliaret. Grego. in regiſtro. Ad hoc vnige-nitus dei filiꝰ formã infirmitatis noſtre ſuſcepit ad nõ ſolum viſibi-lis ſed etiam deſpectus apparuit. Ad hoc contumeliarum ludibria/ illuſionum ꝓbra/ paſſionũ tormen-ta tollerauit:vt ſupbũ non debere eſſe hoïem doceret humilis deꝰ. Augu. Oïa bona terrena cõtẽpſit deꝰ vt cõtẽnẽda mõſtraret: et oïa terrena mala ſuſtinuit vt ſuſtinen-da doceret: vt neqȝ illis q̃reretur felicitas:neqȝ iſtis timeretur ad-uerſitas. Uenit ſecũdo vt te patri reconſiliaret. Auguſtinꝰ in perſo-na chriſti. Cũ inimicus eſſes patri ego recõſiliaui te:cum longe eſſes ego veni vt reducerem te:cũ inter mõtes ⁊ ſiluas errares queſiui te: inter lapides et ligna inueni te:in humeris meis portaui te:pri meo reddidi te:laboraui:ſudaui:caput meũ ſpinis expoſui: manus meas clauis obieci:lancea latus meum aperire permiſi: ſanguinem meũ pro te fudi. Tot ⁊ que non dicam iniurijs ⁊ aſperitatibus laceratus ſum ꝓpter te:ſed heu ꝓpter pecca-tum tuum te diuidis a me. Uenit tertio vt te venditum repararet. Augu. Admiremur:gratulemur: amemus: laudemꝰ: adoremꝰ:qm̃ per redẽptoris noſtri mortem de morte ad vitam:de tenebris ad lu-cem:de exilio ad patriã:de corru-ptione ad incorruptionẽ: de miſe-ria ad gl'iam: de luctu ad gaudiũ vocati ſumus. Grego. nazanzenꝰ. O mira ⁊ inaudita permixtio:qui creator eſt fit creatura:qui immẽ-ſus eſt capiṫ: qui diues eſt in oẽs pauper efficiṫ. Suſcepit imaginẽ carnis mee vt imaginem quã fece-rat repararet: vt carnẽ mortalem immortalitate dotaret. Expgiſce-re nũc o aïa mea:reſpice in faciem xpi tui. Uide faciem illã quondã ſplẽdorẽ luminoſam ꝓpter te vela-tam cõtra claritatẽ:decore ſpecio-ſam inflatã:cõtra ſpecioſitatẽ dul-core gratioſam cõſputã:cõtra gro-ſitatẽ amore deſiderabilẽ aboiabi-

lem: cōtra deſiderabilitatem. vide nunc o anima mea mira et mādata prodigia: ꝛ diligēter cōſidera q̄ fecit dominꝰ ſuper terram. Deus illuditur vt honoreris: innocēs flagellatur vt cōſoleris. Juſtus crucifigitur vt libereris. ¶ Auguſtinus. Jmmaculatꝰ occidit vt epuleris: ſanguis et aqua de latere lāceati emittuntur vt potetis. Reſpice igitur in preciuin redēptionis placans offenſam preuaricatiōis. Aſpice exemplum informationis/ preſtans ammuniculū ſanctificationis. Aſpice auxilium protectionis/ reſerans ianuam incarnationis: ſuſcipe premium retributiōis cōferens gratiam iuſtificationis. Aſpice o anima delicata contemplando aſſidue/ ꝛ fac initādo perfecte ſm exemplar cōſummate iuſticie: qđ tibi in mōte monſtratum eſt/ hoc eſt in xp̄i glorioſiſſima paſſione. An nō cōſideras q̄ delicijs corporalibus eſtuas/ ꝛ xp̄s dn̄s tuus rex tuus ſponſus tuus/ magiſter et amicus affligitur omni genere penarū. in om̄i pte ſenſuum: ab om̄i ſtatu hominū. Rex illuſit/ preſes iudicauit: diſcipulus vendidit. Apoſtoli reliquerunt pontifices/ ſcribe et phariſei tradiderunt/ gentiles flagellauerunt/ ꝛ turbe cōdēnauerūt/ ac milites crucifixerūt. Bernardꝰ. Caput illud angelicis tremendū ſpiritibus denſitate ſpinarum pungit: facies pulchra pre filijs hominū ſputis iudeorū deputatur. Oculi lucidiores ſole caligātur in morte: aures que audiūt angelicos cantus audiunt peccatorum inſultus. os qđ docet angelos felle et aceto potatur. pedes quorum ſcabellum adoratur quoniam ſanctū eſt: cruci clauo affigūtur: manus que formauerūt celos ſunt in cruce extenſe et clauis affixe: corpus verberatur: latus lancea perforatur. Et quid plura: nō remanſit in eo aliquid liberū: niſi ſola lingua: vt ꝓ peccatoribꝰ exoraret ꝛ matrem diſcipulo cōmendaret. Hec Bernardus. O fidelis an̄ia ſaluator noſter nullis aduerſantium tentamentis potuit a noſtre ſalutꝫ cura reuocari. Sꝫ quo magis eius nobis oſtendit emulatio: eo grauior nos ſi hanc ſpernimus ſequetur dānatio. ¶ Anima ¶ O homo iam diu tacui qꝛ que propoſuiſti cum gaudio pariter ꝛ luctu deuota mente recepi/ gaudens igitur gaudebo in dn̄o: quia me tantū dilexit vt vnigenito filio ſuo nō parceret. O ineſtimabilis dilectio charitatis: vt ancillā/ immo nec nomīe ancille dignam redimeres/ filium tradidiſti. O dn̄e ieſu chriſte qui ꝓpter me tibi non pepercisti/ cor meum tuis vulneribus ita saucia et mentē meam tuo ſanguine ita inebria vt quocunq̄ me vertam ſemper te videā crucifixum. Et quicquid inſpexero mihi appareat tuo ſanguine rubricatum vt ſic totus in te tendēs nil valeam preter te inuenire nil niſi tua vulnera intueri. hec mihi conſolatio tecum mi domine crucifigi/ et mihi ſit ītima afflictio aliquid preter te meditari. Hugo de ſācto victore. Nulla dilectio maior: nulla charitas ſincerior: nullꝰ amor fortior/ mortuus eſt pro me innocens nihil in me inueniēs quod amaret ſed heu quotiēs hanc mirā circa nos diuine pietatis dignationem aduerto de nimia ingratitudine mea non modicū confundor ꝛ erubeſco. ¶ Homo. ¶ Hugo de arra anime. O an̄ia dereliquiſti ſpōſum tuum: proſtituiſti amorē tuū: et pro tantis beneficijs grās non egeſti quia vt reuelaret te illuc vnde cecideras ipſe deſcēdere dignatus eſt: ꝛ pie pati qđ tollerabas. Cogita ergo quātū diligat te/ qui non niſi moriendo a morte voluit

liberare te. Hec hugo. Unde anima
mea quanto beneficia redempto-
ris recognoſcis digniora/tãto pec
cata ingratitudinis ſunt deterio-
ra. Uide ergo ne ſis ingrata / cui
tãta bñficia ſunt collata. Magnũ
enim eſt peccatum ingratitudo.
Quia ſm Bernardum Ingrati-
tudo eſt quaſi ventus vrens exſic-
cans riuulos diuine miſericordie
fontem clementie/et fluenta gra-
tie. Attende igitur o anima freqn-
ter volue ꝛ reuolue in mente illud
horribile verbum/quod contra in
gratos profertur in perſona ſalua
toris dicentis. O anima vide quã
ta pro te patior ad te clamo q̃ pro
te morior/vide penas quibus affi-
cior/vide clauos quibus cõfodior
audi improperia quibus confun-
dor. Sed cum ſit tantus dolor ex-
terior cruciatus tamẽ interior eſt
grauior cum te tam ingratũ expe
rior. Et alibi. Bernardus. Contra
ingratos in pſona xp̄i inuehit̃ di-
cens. Popule me⁹ quid feci tibi
aut in quo moleſtus fui tibi. Re-
ſponde mihi quid cauſa eſt ꝙ ini-
mico meo magis libet ſuire q̃ mi-
hi. Attende ꝙ ego ſum qui creaui
te. Ego om̄ibus bonis ditaui te.
Et ſi hec modica videt̃ igrat; ego
p̃cioſiſſimo ſãguĩe meo redemi te.
Eya anima mea nõ recedant hec
a corde tuo/non diſcedant ab ore
ſemper gratias age nũq̃ ceſſa vni
genitum dei filium ꝑ tãtis donis
benedicere et magnificare. Sit ti
bi dilectus pro hijs omnibus ali-
quando faſciculus mirre in corde
tuo: aliquando iubilus in mente:
laus in ore: melos in aure. ¶ Ani
ma. ¶ Jam diuci⁹ me continere
non valeo. Dic queſo. Quid retri
buam domĩo pro omnib⁹ que re-
tribuit mihi. ¶ Homo. ¶ O ani-
ma ſicut dicit Bernardus in me-
ditationib⁹. Totam vitam tuam
debes huic non immerito: qui vi-
tam ſuam pro te poſuit. Et crucia
tus duros ſuſtinuit ne et tu eter-
nos cruciatus ſuſtineres. Quid
tibi durum eſſe poterit cum recor-
datus fueris/ꝙ ille ſpecioſus for-
ma dei ꝑ te voluit crucifigi. O q̃
indebita miſeratio: q̃ inopinata
dilectio: q̃ ſtupenda dulcedo: re-
gem glorie pro deſpectiſſimo ver-
miculo crucifigi. O q̃ dulcis ami
cus. O q̃ fortis auxiliator. O q̃
prudens conſiliator. ¶ Anima.
¶ O homo fateor et vere cogno-
ſco ſi eſſent in me omnes vite filio-
rum adam/omnes dies ſeculi/ꝛ la
bores omnium hominũ qui ſunt:
fuerunt et erunt/ nihil eſſet ad cõ-
parationem illius ꝙ ſpõſus meus
pro me ſuſtinuit/ quod pro pecca-
tis meis fili⁹ dei tollerauit. ¶ Cũ
ergo donauero ei quicquid ſum ꝛ
q̃cq̃d poſſũ nõ erit ſicut ſtella ad
ſolẽ/ſicut ſtilla ad fluuiũ: et ſicut
pl'uis ad mõtẽ. hec Berñ. ¶ Ho-
mo. ¶ O aĩa quia iam conſidero
ꝙ deputato mentis oculo gratiã
diuĩne redemptionis qua te a pec
cato originali ſponſus tuus libe-
rauit agnoſcis / adhuc modicum
pro deo loqui incipiam/ et tibi ad
cumulum diuine miſeratiõis qua
liter per ipſam a peccato actuali
liberata ſis oſtendam. Conuerte
igitur radium contemplatiõis ad
beneficium iuſtificationis et con-
ſidera domini tui gratiam q̃ pa-
terne per occultam inſpirationem
te a peccato reuocauit: q̃ dulci-
ter et q̃ amicabiliter alloquendo
per interiorem allocutionem te vo
cauit dicens. Reuertere reuerte- Cãti. vi.
re ſunamitis: id eſt anima per pec-
catum miſera effecta / captiua et
mortificata. Reuertere inquit ad
me o anima (ego creator tuus ſum
Reuertere ego ſum redẽptor tu-
us. Reuertere ego ſum tuus con-
ſolator. Et ſi hec modica videntur
Reuertere vltimo: quia ego ſum
tuus liberalis remunerator.
¶ Reuertere igitur ego ſum qui

te tam nobiliter creaui. Reuertere ego ſum qui te tam misericorditer per mortem meam amariſſimã de morte eterna liberaui. Reuertere ego ſum qui te bonis ſpiritualibus et corporalibus tam multipliciter ditaui. Reuertere vltimo o anima/ego ſum qui te iam p preparatam felicitatem tam liberaliter remuneraui. Reuertere ĩquit a peccato cogitationis/ a peccato locutiõis/a peccato actionis et a peccato aſſuefactionis. Reuertere ad me o anima/te ſancti cũ magno deſiderio expectant et ad tuum aduentũ angeli exultant. Reuertere vocat te expanſis in cruce et foſſis manibus. Jeſus chriſtus reuertere tuum reditum preſtolatur toti⁹ trinitatis abiſſus. O anima hec fuit vox ſi bene recolis delicti inuitantis Aduerte nunc que fuerit lõganimitas expectãtis. O quãto tpe tuum aduentũ expectauit. Heu quãto tempore te in peccatis tuis tollerauit. O qt et quãtos ante tuam conuerſionem damnauit/et te ſemper peccantẽ misericorditer expectauit. Reuertere adhuc o aĩa chriſtus in cruce expectans te habet caput inclinatũ ad te peccatricẽ et ĩmmundã deoſculandum. Habet brachia extenſa ad amplexandum/manus apertas ad remittendum. Corpus extenſum ad ſe totum impendendũ. Pedes affixos ad cõmanendum. Latus apertum ad te in illud intromittendũ. Eſto ergo o anima iam columba nidificãs in foraminibus petre in cauernis macerie. preuola manus/peruola pedes. inuola lateri. ibi tuta requies. ibi ſecura quies. Hec Bernardus. Hugo de ſancto victore. Hec ergo o aĩa ſi digne cogitare poſſes quot et quales in tui cõparatione abiecti ſunt que tibi datã gratiam conſequi nõ meruerunt. Elegit ergo te de omnibus/aſſumpſit ex omnibus/amauit pre oĩb⁹. An ignoras q̃ feda prius fuiſti q̃ polluta et diſſoluta prius extitiſti. Ipſe te lauit lauachro regeneratiõis/pauit cibo dulciſſimi corporis. Ipſe tibi dedit veſtimenta virtutum quibus nuditatem tuam tegeres: ⁊ te adornares. Ipẽ cõtulit aromata bonorum operum: quib⁹ fetorem peccati effugares: dedit ſpeculũ ſcripture in quo ſpeciẽ tuã agnoſceres. Hec hugo. O anima vidiſti longanimitatẽ expectantis: iã nunc conuerte radiũ contẽplationis ad beneficiũ iuſtificatiõis. Et cogita diligenter vñ tibi poſt hec omnia: tã ineſtimabilis gr̃a vt ei⁹ merearis eſſe ſponſa in quem deſiderant engeli proſpicere. Bernardus. Quid ergo retribues domĩo pro omnib⁹ que retribuit tibi. Tribuit enim tibi, per gratiã vt ſis ſocia menſe: ſocia regis: ſocia thalami. Vide qb⁹ brachijs a te ſit amplexandus quib⁹ labijs deoſculãdus: qui te tãti eſtimauit: vt te tuo ſanguine mundaret et ꝓpter te ſõnum mortis exciperet. ¶ Anima.

¶ Fateor iam ⁊ recognoſco experior et intelligo me multa plura hijs a deo meo recepiſſe: ſed pro hijs omnibus nihil dignũ beneficijs tãtis deo retribuiſſe. Bernĩ. in meditatiõib⁹. Miſericordias dñĩ in eternũ cãtabo: qr ſepte in me miſericordias factas ꝯſidero: p quas ſuas ineſtimabilẽ pietatẽ euidentiſſime recognoſco. Prĩo ꝙ a multis pctis me ꝯſeruauit ⁊ liberauit. Secundo ꝙ me peccantẽ non ſtatim dãnauit ſ; me ꝓlõgante iniqtatẽ ipẽ ꝓlongauit pietatẽ. Tertio ꝙ cor meũ ĩmutauit vt fierẽt dulcia q̃ pri⁹ erãt amara. Quarto qz me penitentẽ misericorditer recepit: Quinto ꝙ continendi ⁊ emendandi mihi virtutẽ preſtitit. Sexto ꝙ dedit mihi gratiam ꝓmeren-

di. Septimo ꝙ mihi tribuit ſpem obtinendi. Dic mihi iam o homo ꝓpter diuinā clementiā quid pro hijs omnib⁹ dn̄o meo retribuam: ne fiam indigna percipiēdis/ſi ingrata fuero inuenta de perceptis. Quid ergo retribuā domino: niſi ꝙ diligam et gratias agam confitear et laudem dicam nomini ſuo eterno et benedicto. Quoniā tam paratus eſt mihi dimittere mala ⁊ tam ineffabilia cōferre bona gratie eius deputato ꝙ peccata mea quaſi glaciem ſoluit. Gratie eius deputato ꝙ quecunq; mala nō feci. et ideo om̄ia mihi reputo dimiſſa quecūq; a meipſo duce nō ſunt commiſſa. ¶ Homo. ¶ O anima ſcito ꝙ quicquid tibi dilect⁹ tuus contulit propter te quicquid ſuſtinuit totum in charitate perpetua qua te dilexit cōſummauit. Unde ſicut eſt uno nec melius nec decentius q̄ꝫ per dilectionem retribuitur quod ex ſola dilectione donat̄. ¶ Anima. ¶ Eya mi domie de⁹ meus ſi hec ita ſe habent quātum ego infelix et miſera diligere deberet deum meū qui me creauit cū non eram: redemit cum perierē: ⁊ de multis periculis liberauit me: quando errabam reduxit me: quādo ignorabam docuit me: quando peccabam corripuit me: quādo cōtriſtabar conſolatus eſt me: quando ſteti tenuit me: quando cecidi erexit me: quando iui duxit me: qū veni ſuſcepit me. Hec et multa alia fecit mihi deus me⁹ de quibus dulce mihi erit ſemper loqui: ſemper cogitare: ſemꝑ gratias agere. vtinam pro omnib⁹ beneficijs ſuis poſſim eum laudare et amare. Cum enim cunctis ſit preſidēs ſingulos implēs: vbiq; preſens cūctorum curā agens: ⁊ tā ſingulis q̄ꝫ omnibus ꝓuidens ita tamen totum ad cuſtodiā meam occupatū video quaſi omnib⁹ oblit⁹ fuerit: et mihi ſoli intēdere velit. Sic enī preſentem ſe mihi exhibet: ſic ſemꝑ ſe paratū offert: ſi me paratum inuenerit vt quocūq; me verto nō me deſerat: niſi ego pri⁹ deſeram eum. Nec pro omnib⁹ illi retribuā habeo niſi tantū vt diligam. Hec Auguſt. de ſpiritu ⁊ aīa. Bernardus. O bone ieſu quotiēs poſt immēſas et innūerabiles lachrymas quotiens poſt varios ſingultus et gemitus me ſauciatā ⁊ iam pene deſperantē vnxiſti vnxione miſericordie tue ⁊ om̄ino pene deficientem excepiſti gaudentē/ nec dereliquiſti de venia preſumentē. Sed ſuper hoc omnia mihi te bone Ieſu amabilem nō inmerito reddit calix paſſionis quē bibiſti opus noſtre redēptionis quod ſuſcepiſti. Hoc enim eſt ꝙ totum amorem meum vēdicat ſibi: hoc eſt ꝙ meā deuotionē blandius allicit: et iuſtius ſtringit/⁊ vehementius afficit. Etenim vbi te hūiliaſti: vbi te naturalib⁹ radijs exuiſti/ibi charitas plus effulſit/gratia ampli⁹ radiauit. Hec Bernar. Adiuro vos (inquit anima in Cāticis) filie hieruſalem vt ſi inueneritis dilectum nunciate ei quia amore langueo. Cāt. viij Bernard⁹. Non operit aīa quem diligit quia preſentem omnib⁹ credit/qui de corde ſuo non recedit. Auguſtinus. Amo te domie ⁊ impatiēs ē amor nec lachrymis ſedatur donec amori detur quod amatur. Nihil ei⁹ meſticiā conſolatur quouſq; nō aſpicit̄ quod deſideratur. Sed dic mihi o homo nūquid ille tenet̄ deū diligere qui ſe gaudet talia qualia ego cōmiſi minime ꝓmiſiſſe. ¶ Homo. ¶ O aīa nō te q̄ſq̄ꝫ irrideat ab eo egrā ſanari a q̄ ꝓſtitū ē vt nō egrotaret: vl̄ forſā vt maiores labores cauti⁹ euitaret. et iō deū tātūdē imo reuera āpli⁹ diligat/qꝛ ꝑ eū me videt tātis pctō rū meoꝝ languorib⁹ exui: per eum

ſe videt tantis dolorib⁹ non impli-
cari. Hec auguſtinus in libro Cō-
feſſionū Hieronimus. Sine amo-
re charitatis quis quiſq̄ recte cre-
dat ad beatitudinem tñ venire nō
poteſt: quia tanta eſt charitas vt
etiam ꝓphetia et martiriū ſine illa
nihil eſſe credant. nullū premium
charitati cōpēſatur. Charitas enī
omniū virtutū obtinet principatū
Auguſtin⁹. Da mihi te de⁹ meus.
Redde te mihi. Amo te ⁊ ſi par eſt
amor ē valid⁹. Nō poſſum metiri
quantū deſit mihi amoris tui/ vt
currat vita mea in amplex⁹ tuos/
nec auertat donec auertat in ab-
ſcondito vult⁹ tui. Hec tamen ſcio
ꝙ male mihi eſt preter te ⁊ omnis
copia q̄ deus me⁹ nō eſt: mihi ege-
ſtas eſt. ¶ Anima. ¶ Nunc ergo
o homo q͛ pro hijs omib⁹ dilecto-
rem meū vt dixiſti diligere debeo
dic queſo quantū aut quomō ip̄m
diligam: q̄ten⁹ ſibi viciſſitudinem
tāte dilectiōis repēdā. ¶ Homo.
¶ O aīa ſm̄ Bernar. Quis cau-
ſa diligendi deū deus eſt. modus
ꝓo diligendi eū: eſt ſine mō dilige-
re. Poſſum⁹ tamen modū aliquē
ex ipſis ſacre ſcp̄ture locis inueſti-
gare. Ipſe enī qui tibi dilectionē
tribuit modū diligēdi oſtendit qñ
Deuto. dixit. Diliges dñm deū tuū ex to-
vi. to corde tuo/ ex tota aīa tua: et ex
tota fortitudine tua. Diligit igit
aīa amore ſingulari deū patrē qui
te tam nobiliter ex nihilo creauit.
Deū filium qui te tā ineſtimabili-
ter pro te moriendo reformauit.
Deū ſpiritū ſanctum qui tā miſeri
corditer ⁊ tam dulciter ſepi⁹ te cō
ſolando a peccato mundauit et in
bono ꝯfortauit. Dilige igitur deū
patrē fortiter vt nullo alieno amo
re periculoſe vincaris. Deū filium
ſapiēter vt nullo alieno amore ſe-
ducaris. Dilige deū ſpiritū ſcm̄
dulciter vt nullo amore venenoſo
inficiaris. Vel aliter ſm̄ Bernar.

Diſce a chriſto o aīa xp̄iana quē-
admodū debeas diligere chriſtū.
Dilige dulciter: prudēter ⁊ forti-
ter. Dulciter vt amore illi⁹ omnis
amor ali⁹ tibi vileſcat/ ⁊ ipſe ſolus
ſit tibi mel in ore/ melos ī aure/ iu-
bilus in corde. Dilige prudēter vt
amor tu⁹ in eo ſolo ⁊ in nullo alio
cōtinue inardeſcat. Dilige forti-
ter vt tua fragilitas oīa dura et
aſpera gaudēter ꝓ ipſo ſuſtineat.
Ut dicas labor me⁹ vix eſt vnius
hore ⁊ ſi ampli⁹ eſt ſentio pre amo-
re. Hieroni. Ita chriſtian⁹ ꝑ amo-
rem in xp̄m iugiter intēdat vt om-
nia libēter ꝓpter ip̄m ſuſtineat do-
nec ad ip̄m perueniat. Hec hiero.
Hugo. O aīa ſemꝑ in mente tua
pertracta q̄s dulciter xp̄s te dile-
xit in incarnatione/ q̄s prudēter in
ꝯuerſatiōe/ ⁊ q̄s fortiter in paſſiōe.
nulla dilectio maior/ nulla chari-
tas ſincerior/ nullus amor fortior.
mortuus eſt ꝓ te innocēs nihil in
te inueniēs qđ amaret. Hec hugo
de ſancto victore. ¶ Aīa. ¶ Dic
queſo o homo ſalua reuerentia
tua nō ex curioſitate: ſed ex humi
litate / non ex preſumptione: ſed
poti⁹ ex deuotōe interrogo. Et qđ
eſt qđ amo/ cum deū meum amo.
¶ Hō. ¶ O anima ſi tua queſtio
eſſet preſumptuoſa nimis eſſet vi-
cioſa ſed q͛ ex deuotiōe originat
deuotā rñſionē mireſ. Audi ergo
qđ dicit ille magnus amator dei
Auguſtin⁹ in lib. Cōfeſſionū. Cū
deū (inquit) amo non amo ſpeciem
aut decus nō tp̄s/ nō candorem lu
cis iſtis amicū oculis / nō dulces
melodias / nō vnguenta ſuauiter
redolentia/ nō māna/ nō mella/ nō
mēbra carnis amplexib⁹ accepta-
bilia: nō hec amo cū deū amo. Et
quid amo Amo lucē quādā/ quā-
dam vocem/ quēdam odorē/ quē-
dam cibum/ quēdam amplexū in-
terioris homis mei: vbi fulget aīe
mee qđ nō capit loc⁹: vbi ſonat qđ

non capit tempus vbi redolet. qđ
nō ſpargit flatus: vbi ſapit qđ non
minuit edacitas: vbi heret quod
non diuellit ſatietas. ¶ Anima.
¶ Dic queſo o homo vel paululū
de charitatis virtute qua cogni=
ta ad diligendum deum fortiꝰ ani
mus mardeſcat. ¶ Homo. ¶ Re
uera o anima charitatis fructus
magnus eſt ſed occultus. Ipſa eni
(ſm Auguſtinum) in aduerſitati=
bus tollerat/in proſperitatibꝰ tem
perat: i dubijs paſſionibus eſt for
tis. In bonis operibus hilaris/in
tentatione tutiſſima. In hoſpita=
litate liberaliſſima: inter veros fra
tres letiſſima/inter falſos patien=
tiſſima. ¶ Ipſa eſt inter oppro=
bria ſecura/inter odia benefica: in=
ter iras placida: inter inſidias in=
nocens in iniquitate gemens: in ve
ritate reſpirans. Hec Auguſtinꝰ
de laude charitatis. O amor ex
quo oritur ſtrenuitas morum: pu=
ritas affectuum: ſubtilitas intelle
ctuum: ſanctitas deſideriorū: cla=
ritas operum: fecunditas virtutū
dignitas meritorum: ſublimitas
premiorum. O dulcedo amoris: o
felix amor dulcedinis commēdat
te cor meum: et nectare tuo reple=
antur viſcera anime tue. Bernar=
dus. O anima ꝙ dulcis eſt cibus
charitatis: qui feſſos alleuiat: de=
biles roborat: meſtos letificat. Iu
gum namqꝫ veritatis facit ſuaue:
et onus eius leue. Idem. Fateor
domine non ſuſtineo pondus diei
et eſtus: ſed iugū ſuaue ⁊ onus le=
ue porto. Opus enim meū vix eſt
vnius hore: et ſi plus eſt non ſentio
pre amore. Sed quid plura? Hu=
go de ſancto victore. Tanta eſt vis
amoris vt tale te neceſſe eſt eſſe q̄=
le eſt illud quod amas. Et cui per
affectum coniungeris in ipſius ſi=
militudinem ipſa quodāmodo ſo=
cietate transformaris. ¶ Anima.
¶ Iā video quoniā miſer eſt om=
nis animus iunctus amicitia re=
bus temporalibꝰ que cum labore
acquirūtur: cum tempore poſſidē
tur: cum dolore amittuntur. Au=
guſtinus. Sed beatꝰ eſt qui amat
te domine: et inimicū propter te ⁊
amicum in te. Solus enim nullū
carum amittit: cui omnes in te ca
ri ſunt: te vero nemo amittit niſi q̄
dimittit. Qui autem te dimittit
q̊ vadit niſi a te placido ad te ira=
tum. Idem. O charitas que ſem=
per ardes et nunqꝫ extingueris.
Charitas deꝰ meus accende me.
Iubes vt amem te: da quod iubes
et iube quod vis. Iubes certe ꝙ
contineā a concupiſcentia carnis:
a concupiſcētia oculorū et ambi=
tione ſeculi. Auguſtinus. Minus
te domine amat qui tecum amat
quod propter te non amat. O ho=
mo amemꝰ chriſtum et eius ſem=
per inherere queramus amplexi=
bus: ⁊ facile videbit̄ omne difficile.

## ¶ Contemplatio ſecunda circa exteriora ꝙ inſtabilis ſit mundus et mundana opulentia. Capitulum. ij.

¶ Homo. ¶ Gregorius.
O Anima iam vt video
recognoſcis ꝙ felix ⁊
ꝙ beatus eſt qui in ſo
lo eternitatis deſide
rio per amorem figi=
tur quia nec proſperitate extolli=
tur: nec aduerſitate quaſſatur. Et
dum nihil habet in mundo quod
diligat: nihil eſt in mūdo qđ ptime
ſcat. Hec Gregorius in morali=
bus. ¶ Conuerte igitur o anima
nunc radium cōtemplationis ad
ea que ſunt iuxta te: hoc eſt ad mū
dum iſtum ſenſibilem vt ipſum et
ea que ſunt in ipſo deſpicias. et eo
deſpecto amplius in amore ſpon=
ſi iardeſcas. Minꝰ eni eū amas ſi
aliquid cū eo appetis qđ propter
ipſum et in ipſo nō diligas. Tanto

enim ſm Gregorium quis ab illo
ſuperno amore diſiungitur: quāto
inferius delectatur. Et citius ad
deum conuertitur qui nō habet in
hoc ſeculo vnde delectetur. Et ſm
gloſam ſuper Exodo. Tanto quis
ab inferiorum amore diſiungitur
quanto ad ſola eterna amāda ſub-
leuatur. Cetera igitur creatura ti
bi vileſcat: vt creator in corde dul
ceſcat. Auguſtinus. Volue igitur
ſemper et reuolue nō tantū ex au-
ditis: ſed etiam ex apertis: nō tan-
tum ex dictis: ſed etiam ex factis.
ꝙ inſtabilis ſit mundana opulen-
tia: ꝙ mutabilis mūdana excellen
tia: ꝙ fallax: ꝙ falſa: ꝙꝙ miſerabi
lis mundana ſit gloria. Omne enī
quod hic eminet multo plus mero
re afficit ꝙ honore gaudeat. Ber-
nardꝰ. Ecce huiꝰ mūdi amatores
nundinas huiꝰ ſeculi perambulāt
alij diuitias: alij honores: alij glo-
riam querētes. Sꝫ qd de diuitijs
dicam: que cū labore acquirūtur
cum timore poſſidentur: cum do-
lore amittūtur. Quid de honore
referam. In loco ſublimi poſitus
es: nūquid non eris iudicandus:
et lacerandus ab omnibus. Nun-
quid in honore ſine dolore in pla-
tione ſine tribulatiōe: in ſublimita
te ſine vanitate eſſe quis poterit.
Quid de gloria? Nūqd aliud eſt
niſi quedam inflatio auriū. nunqd
et ipſa eſt ſine iudicio? Reſpice qs
antecedis et cogita quia in oībus
inuidie ſcientia pbes. Idem. To-
tiens angelo apoſtate ſimilis eſſe
volo / quotiens preeſſe deſidero.
Hec bernardus. Hieronimꝰ. Ni-
hil itaqꝫ ſub ſeculo rebuſqꝫ ſeculi
fugacius eſt vana gloria quē cum
tenere cupimus amittimus. Vi-
diſti imperatores: vidiſti pfectos:
vidiſti exercitꝰ / victorias et triū-
phos: heri fuerūt et hodie nō ſunt
heri quaſi flos apparuerūt: hodie
quaſi fenū aruerūt. Nihil itaqꝫ bo
num eſt niſi quod perpetuum eſt.
¶ Anima. ¶ O homo ſi hec ita
ſe habēt quid eſt qd miſeri hoīes
querunt dū mundi vanitates ap-
petunt. O quantū excecati ſunt q
mundi gl'iam querūt. Gregorius.
Nōnulli dum quorūdā gloriā cer
nunt magnū aliquod exiſtimant:
atqꝫ vt talia mereātur exoptant.
Cū vero eos moriētes aſpiciūt eo-
rum ꝙ vana ſit gloria cū gemitu
fatentur ⁊ dicūt. Ecce ꝙ vana ſunt
omīa et ꝙ nihil eſt homo. ¶ Ho-
mo. ¶ O anima chariſſima ⁊ qd
ſunt mundana omīa / niſi quedam
vana ſomnia. Et qd pfuit ſupbia
aut diuitiarū iactātia amatoribꝰ
ſuis. Tranſierūt enim omīa tanqꝫ
vmbra: et tāqꝫ nauis que pertran-
ſit fluctuantē aquam cuius nō eſt
inuenire veſtigiū. In malignitate
enim ſua cōſumpti ſunt ⁊ virtutū
heu ꝙ plurimi etiā nullū ſignū re-
linquerūt. Vbi ſunt principes gē-
tium et qui domīati ſunt ſuper be-
ſtias que ſunt ſuper terram. Qui
argentum theſaurizauerunt: qui
ciuitates ⁊ caſtra extruxerūt. Re
ges ⁊ regna bellando deuicerunt.
Vbi ſapiēs / vbi ſcriba / vbi inquiſi
tor huiꝰ ſeculi / vbi ſalomon ſapien
tiſſimus / vbi alexander potentiſſi-
mus / vbi ſamſon fortiſſimꝰ / vbi ab
ſalon ſpecioſiſſimꝰ: vbi aſſuerꝰ glo
rioſiſſimꝰ: vbi ceſares potētiſſimi:
vbi reges: vbi pncipes incliti. qd
pfuit eis ianis gl'ia: breuis letitia:
mūdi potētia. magna familia car-
nis voluptas: diuiciarꝫ facl'tas: cō
cupiſcētie ſuauitas. Vbi riſꝰ: vbi
letitia: vbi iactātia: vbi arrogātia
Ecce generoſitas ſanguīs pl'chri-
tudo corpis forma elegās: iuuenī
lis decor: pdia palatia: imēſa ſup-
pellex adde ⁊ mūdi ſapiam de mū
do ſūt hec oīa ⁊ mūdꝰ qd ſuū ē di-
ligit: ⁊ tñ cū mūdo nō diu ſubſiſtūt
Trāſit enī mūdꝰ ⁊ ꝯcupia eiꝰ. Ber
nard. Tu ģ ſi recte ſapis ſi tecum

lumen oculorum eſt: deſine ſequi que ſequi miſerū eſt que poſſeſſa onerant: amata iniquant ⁊ amiſſa cruciāt. Tu ergo relinque hec om nia ꝓpter eum qui eſt ſup omnia. Hec bernar. Et idē. Fuge ergo et cōfuge o anima ad vrbem refugij: hoc eſt ad vitā religioſam. vbi poſ ſis de preteritis agere penitentiā: et in preſenti obtinere grām: ⁊ feli citer pſtolari futurā gl'iam. Nec te retardet pctōrū cōſcientia: quia vbi abūdauit iniqtas: ſupabunda re cōſueuit ⁊ gratia. Nō te penitē tiarum auſteritas ipſa deterreat. Non enī cōdigne ſunt paſſiōes hu ius tēporis ad preteritā culpam q̄ remittit᷑: ad preſentē grām que im mittit᷑: et ad futurā gl'iam q̄ ꝓmit titur. hec Bernar. ¶ Aīa. ¶ Iā falſitatē ⁊ īſtabilitatē mūdi agno ſco: ſed neſcio quo vinculo detēta adhuc auertere mentem nequeo. ¶ Homo. ¶ Certe ſi diligenter o anima et prudēter periculū tuum qd̄ de mundo incurris aduerteres proculdubio animū a ſeculi vani tatibus cohiberes. Grauis enī et nimis periculoſa eſt mūdana con uerſatio. Quia ſm Bernard. Peri clitatur caſtitas in delicijs: hūili tas in diuitijs: pietas in negocijs: veritas in multiloquio: charitas in hoc neq̄ ſeculo. Chriſoſtomus. O aīa debilis ⁊ infirma que tam facilis es ad decipiendū: tam pro na ad cadendū: tam difficilis ad ſurgendū. An ignoras ꝙ ſicut dif ficile eſt arborē iuxta viā poſitam fruct⁹ pulcherrimos vſq̄ ad matu ritatē ſeruare. Sic difficile eſt ho minē iuxta ſeculū viuentē: iuſtitiā immaculatā vſq̄ in finē ꝯſeruare. Hec Chriſoſtom⁹. ¶ Auguſtin⁹. ¶ Itē Augu. in epiſtola. ¶ Vin cula huius mūdi habent aſperita tem verā: iocunditatē falſam: cer tum dolorē: incertam voluptatem durū laborē: timidā quietē: plenā miſeriam nullā beatitudinē: tamē ſpem. ¶ O anīa ſi hec in mēte por tares: mundū et ea q̄ in mūdo ſunt contēneres. Et qd̄ eſt chariſſima qd̄ diligis: quid eſt qd̄ appetis. qd̄ eſt qd̄ in mūdo queris? Si prela tionē diligis qd̄ aliud facis niſi ꝙ vitam tuā cōfundis. Hec Berñ. An ignoras ꝙ monſtruoſa res eſt grad⁹ ſumm⁹ ⁊ anim⁹ infimus. ſe des pria ⁊ vita yma: lingua magni loqua: et man⁹ ocioſa: ſermo mul tus: fruct⁹ nullus: vult⁹ grauis: et actus leuis: ingens auctoritas: et mentis inſtabilitas. Hec Bernar. Gregori⁹ in paſtorali. Sciāt hoc prelati ꝙ ſi pverſe aliquid perpe trāt: tot mortibus digni ſunt quot perditionis exempla ad ſubditos tranſmittūt. Sz forte diceres pre lationē quidem appeto: ſed in ipā bene viuere et ſancte intēdo. Lau do ſed raro quid laudare valeā in uenio. Unde ſemp timeo qd̄ dicit Gregorius in regiſtro. ¶ Ita ſibi regentiū ⁊ ſubditorū merita cōne ctunt᷑: vt ſepe ex culpa preſidentiū fiat deterior vita ſubditorū. Et ſe pe ex merito plebiū delinquant vi ta paſtorū. Si vero ſapientiā mū di queris. O quāto periculo te cō mittis. Bernar. Heu quot ⁊ quā tos mūdi maledicta ſapiētia ſup plantauit. et cōceptū in eis diui num extinxit ſpiritū: quē vehemē tius dñs accendi voluit. An igno ras ꝙ ſapiētia mundi terrena eſt aīalis ⁊ diabolica. Inimica ſalu tis ſuffocatrix vite ⁊ mater cupidi tatis. Auguſt. Qui ſine ſaluatore ſalutē vult q̄rere ⁊ ſine xp̄a ſapiētia eſtimat ſe prudentē fieri poſſe: nō ſanus eſt ſed eger: nō prudens ſed ſtultus: et in egritudine laborat aſ ſidue. Qui enī creſcit in ſcientia ⁊ nō in bona vita elongat᷑ a deo. Si cut dicit algazel. Tu ḡ ſi ſapiens eſſe deſideras diſcas in terris q̄rū ſcientia perſeueret tecum in celis.

Hieronymus. Hic studeas qualiter ad ipm peruenias quē ſemel vidiſſe eſt oia didiciſſe. Anſelmus. Hec eſt illa eterna vitas ſine qua oia ſapere deſipere eſt: quā ſolā cognoſcere perfectū ſcire eſt. Augu. Infelix homo q̄ ſcit oia alia: ſe autem neſcit. Si aūt ſe et alia nouit non ꝓpter illa beatioꝛ/ſed ꝓpter ſe ſolū beat⁹. Anſelm⁹. Sed fortaſſe diuitias mūdiales/pōpas ſeculares ⁊ delitias carnales aīa mea diligis: et ꝓpter hoc mūdum inuite derelinquis. Sed attēde q̄ caduca et fragilia ſunt hec: dic vbi reges: vbi principes: vbi oīm predictoꝝ dilectoꝛes. Timeo ꝙ multi ex ipſis exterminati ſunt/et ad inferos deſcēderunt. Quid nūc eis ꝓdeſt ſupbia? quid diuitiaꝝ iactātia? Gregoꝛi⁹. Nec diuiti obſunt opes ſi eis bene vtat̄: nec pauperē egeſtas cōmendabilē facit ſi inter inopiā ſoꝛdes peccati non caueat. Sed adhuc o aīa inuenies qd̄ forte obijcies dicēs. Mūdum deſpicio: ſed amicos ⁊ cognatos derelinquere non valeo. Friuola o aīa eſt hec obiectio. Bernar. Fidelis ſermo et omni acceptiōe dignus. Si impium eſt cōtēnere patrē vel matrem ꝓpter xp̄m/tū pijſſimum eſt. O dirū patrē: o ſeuā matrē: immo non parētes ſed perēptoꝛes qui te malunt perire cū eis q̄ regnare ſine eis. Hierony. Licet ſparſo crine ⁊ ſciſſis veſtib⁹ vbera qb⁹ te nutrierat mater oſtēdat: licet in limine pater iaceat: per cōtēpt am matrem/per calcatū patrē perge ſiccis oculis/et ad vexillum crucis euola. Solum pietatis gen⁹ eſt in his fuiſſe crudelem. Chꝛiſoſt. An ignoꝛas o aīa ꝙ qui habet Jeſum habet patrē et matrē et oēm amicum. Quid ſeq̄ris moꝛtuos? Sequere viuū et dimitte moꝛtuos ſepelire moꝛtuos ſuos. ¶ Anima. ¶ Iam ex vbis tuis o homo per-

Math. viij. et Lu. ix.

pendo ⁊ ex multis experimētis cognoſco ꝙ etiā mūd⁹ in ſeipo aruit. Sed adhuc heu ī multoꝝ coꝛdib⁹ floꝛet q̄ amaritudines mundi diligunt: fugiētem ſequūtur: labētem amplectūtur: dic que eſt tāte cecitatis ratio. ¶ Homo. ¶ O aīa: an ignoꝛas ꝙ tam delicata ⁊ tā nobilis es a ſponſo tuo auctoꝛe oim condita ꝙ ſine dilectione eſſe non potes. Hierony. in epl'a ad Euſtochium. Difficile eſt humanā animam non amare. Mens etenī noſtra ad quoſcūq; trahit̄ affectus. Unde neceſſe eſt ſ̄m Bern̄. ꝙ aut in ſummis aut infimis delectet̄. Igitur ſ̄m Grego. in moꝛalib⁹. qꝛ ſunt nōnulli qui vitā ſuā negligūt dum trāſitoꝛia appetūt: et eterna non intelligūt: vel intellecta contēnūt: doloꝛem non ſentiūt dum vulnerati ſunt. Unde heu miſeri ī bonis ſe eſſe putāt: exilium quaſi patriam diligūt: et ī cecitate quaſi luminis claritate exultāt. Econtra: electoꝝ mētes dum cūcta trāſitoꝛia quaſi nulla cōſpiciūt: et ad q̄d ſunt cōdite requirūt. Cū coꝝ affectum nichil extra deū ſufficiat in ſola contēplatione cōditoꝛis quieſcūt: ſupernis intereſſe ciuib⁹ appetunt: et adhuc ī mūdo poſiti extra mūdum ſurgūt. Idem ſuper Ezechielem. Dulcedo videt̄ in rebus humanis: ſed eis qui nullā de celeſtibus dulcedinem experti ſunt. Quia dū mēs humana min⁹ eterna diligit tanto dulci⁹ in tēpoꝛalibus requieſcit. Sed ſi q̄s iam coꝛdis lingua guſtauerit que ſit illa dulcedo celeſtiū premioꝝ? Huic quanto dulci⁹ eſt quo intus videt tāto magis in amaritudinem vertitur omne quod ſuſtinet.

¶ Anima. ¶ Ne q̄ſo o homo pꝛocraſtines michi aliq̄d de mūdano et celeſti gaudio ediſcere: quaten⁹ vtriuſq; natura ꝑfectius cognita: vnum veri⁹ deſpiciā et ad alterū

aſſequēdū ſtudioſi⁹ me extēdam: q: puto ꝙ ſicut bonū non amatur niſi cognoſcaꝛ/ita malū non deuitatur niſi intelligatur. ¶ Homo. ¶ O aīa: eſtimo ꝙ mūdanū gaudium ſi tñ pōt dici gaudiū et non poti⁹ flagellū incognitū / nūq̄ perfecte cognoſciꝛ niſi cū perfecte deſpicitur. Unde ſicut a pfecte mundi contēptorib⁹ tradiꝛ mūdanum gaudium/potiſſime ꝑpter quinq̄ cōtēptibile eſt habēdum. Primo habet vtilitatē in obiecto. Quid eñ eſt ſeculi letitia? Rñdit Aug. Impunita neq̄tia.i.luxuriari inebriari/comeſſationib⁹ vacare/vanitatibus intēdere/et ꝓ his i hac vita nihil mali ſuſtinere. Putant eñ mali ſe eſſe in delitijs cum non corrigūtur pro ſuis nequitijs. Et ignorāt qm̄ ſicut dicit Aug. nichil infelici⁹ eſt felicitate peccantium qua penalis infirmitas nutritur ⁊ mala volūtas roboraꝛ. Scd̄o habet impuritatem in ſubiecto. Aīa eñ pctīs deformata eſt ſubiectū mūdani gaudij: que letaꝛ cū male fecerit et exultat in reb⁹ peſſimis. Unde bene dicit beat⁹ Hierony. ꝙ ridere et gaudere in hoc ſeculo non eſt factum hoīs ſenſati ſed frenetici. Reuera o aīa cor mundum non cū hoc ſeculo in mūdo/ſed cū deo ⁊ in deo letum eſt ⁊ iocūdum. Tertio habet breuitatem in ſeipo: q: gaudiū hypocrite inſtar pūcti qd̄ nec latū nec longū nec altū eſt nec ꝓfundum. Augu. ſuper Joh. Letitia ſeculi vanitas eſt que cū magno deſiderio ſperaꝛ vt veniat et non poteſt teneri cum venerit. O aīa q̄ breuis q̄ fragilis et q̄ caduca eſt mundana letitia. Breues eñ dies hoīs ſūt. Quarto habet triſticiā in termino: q: ducunt heu miſeri dies ſuos in bonis et in pūcto ad infernum deſcēdūt. Ex-
puerb. xiiij.
trema eñ talis gaudij luctus occupat. Immo o aīa ſi vales diſcernere tale gaudiū hꝫ ſemꝑ triſticiā admixtam in actu ſuo: q: ſemper neceſſe eſt ꝙ preſumat ſeu a pturbata conſciētia. An ignoras o aīa ꝙ non diuti⁹ perdurat letitia que eſt in comedēdo ⁊ bibendo: q̄ durat triſtitia que durat in eſuriēdo et ſitiēdo. ſic eſt de oib⁹ alijs. Quinto habet miſeriam magnā in effectu ꝓprio: quia eſt ſpūalis gaudij impedimētū. O aīa agnoſce ꝙ miſer eſt hic mūdus: et q̄ miſerrimi qui ſequūtur ipm. Sēper eñ mūdana gaudia excluſerūt homines a beata vita. Renuas igitur o aīa mea i mūdo delectari ſi vis de deī mia conſolari. Augu. Cetera creatura vileſcat vt creator in corde dulceſcat. ¶ Anima. ¶ Mundū deſpicio: iam falſam leticiā: verā triſtitiam: falſam dulcedinē: et veram mūdi amaritudinē agnoſco: et ob hoc non immerito ſm̄ tuum conſiliū o homo ipm cōtēno. Sed quia ſicut aſſeris ſine delectatiōe eſſe non valeo: dic queſo quid agā quo me cōuertam vt dilectionem conuenietem inueniā. ¶ Homo. ¶ O aīa ſi teipam pfecte cognoſceres/ex tui cognitione mūdum et oīa que in eo ſunt contēneres. O aīa ſi te natura celeſtem intelligeres ꝓculdubio terrenā conſolationem abhorreres. Erubeſce igiꝛ conſolari in ceno: que eſt de celo. Erubeſce in ymis delectari q̄ non potes niſi in ſummo ſatiari. Natura eſt puto celeſtis ⁊ celeſtem conſolatiōem ſicut eſtimo naturaliter ſi carnalis inſania permitteret appetis ⁊ requiris. Bern. O q̄ dulce ⁊ delectabile eſſet adiūcto diuini amoris cōdimēto ſm̄ naturam viuere ſi inſania nos permitteret: qua ſanata ſtatim naturalib⁹ natura arrideret. ¶ Anima. ¶ Et qd̄ eſt proprie ſm̄ naturam viuere. ¶ Homo. ¶ Scd̄m naturā viuere eſt in terris celeſtem vitā duce-

re ab exterioꝛib⁹ ad interioꝛa redi
re: ab interioꝛib⁹ ad ſuperna aſcen
dere: et facere oīa ſm nobiliſſimū
qđ eſt in hoīe pꝛecellēs: hoc eſt ſm
intellectū. Hec philoſophus ethi
coꝝ.iij. ¶ Anima. ¶ Poteſt ne
aliquis in terris in hac lachꝛyma
rum valle celeſtem vitam ducere?
¶ Homo. ¶ O aīa ſi de meis ver
bis tanꝗ̄ hoīs peccatoꝛis dubitas
et mirarꝫ: audi Auguſtinū et Apo
ſtolum de hoc dicentes. Ecce qđ
dicit Augu. Cum eternū aliquid
per cognitionem et amoꝛem mēte
capim⁹/ iam non in hoc mūdo ſu
mus. Unde eſt qđ dicit Apoſtol⁹.
phil.iij. Ueſtra inquit cōuerſatio in celis
eſt. O aīa mea puto ꝗ veri⁹ es vbi
amaris ꝗ̄ vbi amas: qꝛ quicquid
diligis ipa dilectionis vi in eius ſi
militudinem trāſfoꝛmaris. Si er
go celeſtia contēplaris/ ſi celeſtia
diligis/ quoniam non ī celis cōmo
raris que celeſtib⁹ ſpiritib⁹ in vita
ſimilaris? ¶ Anima. ¶ Heu heu
iam me infelicem ⁊ miſeram miſe
rabiliter iam multo tempoꝛe exce
catam ſentio que tanto tēpoꝛe per
cognitionem in tēpoꝛalib⁹ et terre
nis oberraui. Mūdanis ⁊ vilibus
me per amoꝛem alligaui: de quib⁹
paucam conſolationem / multam
vero amaritudinem et deſolatio
nem/ modicam ⁊ valde exilem leti
ciam: ſed variā et ſepe magnā coꝛ
dis triſticiā ſumpſi. Dic ergo que
ſo o homo ꝗ̄ eſt celeſtis conſolatio
ſi quomodo poſſem ad ipſam per
tingere in hac valle lachꝛymarum
et miſerie. Quid eſt qđ ī deo meo
inuenio: cū tam libēter ⁊ faciliter
oīa ꝓpter ipm cōtēno. Cū dico in
tra meipm: cū gaudio de⁹ coꝛdis
mei deus ps mea in eternū. Quid
eſt ꝗ in illa bꝛeuiſſima hoꝛa ī dile
cto meo deguſto cū oīa dura et a
mara ⁊ aſpera gaudenter ⁊ hilari
ter ꝓpter ipm ſuſtinere totis viri
Pſalm. lxxij. bus cōcupiſco ⁊ dico. Mihi adhe
rere deo bonū eſt. Et ꝗs me ſepa
rabit a charitate xpi? ¶ Homo.
¶ Scđm Ber. O aīa hec cōſola
tio nihil aliud eſt ꝗ̄ gr̄a q̄dā deuo
tiōis ꝓcedens de ſpe venie ⁊ guſt⁹
boni iꝫ exiguus ⁊ ſuauiſſima q̄dā
delectatio q̄ benign⁹ de⁹ afflictā
recreat aīam: qua aīa ad recrean
dum inuitat/ et ad diuinū amoꝛē
accēdit vehemēter. Hugo de ſan
cto vic. O aīa q̄d putas eſt tā dul
ce ⁊ tā ſuaue qđ ī recoꝛdatiōe dile
cti deuotas aīas ſolet tāgere et tā
ſuauiter afficere. Ut iam totali
ter a ſeipſis alienari incipiant exhi
laratur cōſciētia: et ī obliuione ve
nit oīm doloꝝ mēoꝛia: exultat ani
mus: clareſcit intellectus: coꝛ illu
minat: affect⁹ iocundat. Jam ne
ſciūt vbi ſe eſſe cōſpiciūt: et q̄ſi am
plexib⁹ amoꝛis aliq̄d intus tenent
et neſciūt q̄d ſit/ et tn̄ totis viribus
tenere ꝯcupiſcūt. Luctat quodā
modo delectabiliter anim⁹ ne rece
dat ab eo q̄ſi in eo finē oīm deſide
rioꝝ inuenerit. Bernar. Nōnūꝗ̄
quaſi clauſis oculis ad te inhiā ti
mittis mihi ī os coꝛdis qđ nō licet
modo ſcire q̄d ſit. Sapoꝛē q̄dē ſen
tio et dulcedinē adeo cōfoꝛtātem
ꝗ ſi ꝑficeret in me nihil vltra que
rerē. Nonne hic eſt iubil⁹ coꝛdis?
Greg. Jubil⁹ dꝛ ineffabile mentis
gaudiū qđ nō abſcōdi nō ſermoni
bus aperiri pōt: ſed tn̄ quibuſdam
motib⁹ aperit licet nullis ꝓprieta
tibus exprimat. vn̄ pſ. Beat⁹ po Pſalm.
pulus q̄ ſcit iubilationē. Non di lxxxviij.
cit q̄ loquit ſed q̄ ſcit: qꝛ iubil⁹ qui
dem ſciri pōt intellectu: ſed dicto
exp̄mi nō pōt. Iſtū aūt guſtū pꝛe
dictū accipio nullo coꝛpoꝛis viſu:
nllo aīe ſenſu: nllo ſpūs intellectu.
Aduerte me ſi vis q̄d ſit cū accepo
et remunerare volo: et diiudicare
ei⁹ ſapoꝛē: et ſtatī trāſit dulcoꝛ ei⁹
deglutio q̄dē illđ q̄cq̄d eſt ī ſpe vi
te etne. Ber. Que putas o aīa tā
dulcis/ tāꝗ̄ ſuauis delectatio: cert

re hec eſt diuina ꝯſolatio. ¶ Aia. ¶ O homo qs mihi det vt hec tā dulcis et inexperta conſolatio in cor meū perueniat ꝛ maloꝝ meoꝝ obliuiſcar: ac mūdanam cōſolationem deſpiciam / et a meipſa feliciter alienari incipiam. ¶ Homo. ¶ O aia magnum eſt qđ deſideras: ineſtimabile donū eſt qđ exoptas. Unde (vt eſtimo) hūano ſtudio non pōt obtinere: humano merito vix pōt ꝓmereri: ſed a deo humilib⁹ precib⁹ et digne diſpoſitis ex ſola diuine pietatis cōdeſcēdētia vix pōt impetrari. Omne eñ aurum in cōparatione illi⁹ arena eſt exigua: et argentū illi cōparatum nihilum reputabitur. ¶ Anima. ¶ O homo dic rogo qualis debet eſſe diſpoſitio qua ordinari debet ad aliqd impetrādum ornātis affectio. ¶ Homo. ¶ De hac materia multum poſſet dici ab expertis: ſed qꝛ inexpertum me recognoſco etiam pauca dicere erubeſco. Unde timeo ne dicatur cōtra me: quare tu enarras qđ nō deguſtas: quare tanq̄ indignus laudas qđ ignoras? ¶ Anima. ¶ O homo dei noli timere cū reuerētia ꝛ humilitate q̄ audiſti et legiſti debes ꝓponere. Multū eñ de reb⁹ magnis et arduis alij ꝓpoſuerunt qđ non de ꝓpria experiētia ſed alioꝝ ſcia didicerūt. ¶ Homo. ¶ Jam cū aliqua audacia loquar. Nam vires quas iperitia denegat charitas ſubminiſtrat. Uñ ſicut ſentio / ſic refero. Puto ſaluo melioꝛi iudicio ſi vis te ad hāc celeſtem dulcedinem deguſtādā preparare debes eſſe depurata exercitata ꝛ eleuata. In principio hec celeſtꝫ dulcedo odoraẜ: in ſcđo deguſtaẜ: et in tertio aliqñ vſq3 ad ebrietatē ſumitur ꝛ potaẜ. Primo dico ꝙ debes eſſe depurata a pctis: ab affectionib⁹ inordinatis: a tēporali cōſolatione: et a creaturaꝝ inordinata dilectione: qꝛ ſm Berñ. Errat oīno ſi qs illā celeſtē dulcedinem huic cineri: diuinū illud balſamū huic venenoſo gaudio: cariſmata illa dona ſctiſpūs huius ſeculi illecebris / miſceri poſſe arbitraẜ. Sꝫ poſtq̄ a talib⁹ aīa fuerit purgata lachꝛymoſis gemitib⁹: depurata doloſis fletib⁹: qꝛ dignū eſt (ſicut dicit Augu.) ꝙ mens illa ſemper in ſe doloꝛes inueniat: que derelicto creatoꝛe ſemper in ſe ꝛ in creatura gaudia querebat. Pulchꝛe igiẜ Greg. in moꝛalib⁹ ſup illo verbo: anteq̄ comedo ſuſpiro: dicit. Comedere aīe eſt ſupne lucis contēplationib⁹ paſci. Suſpirat ergo anteq̄ comedat: qꝛ qui ſe ī hoc exilio per deſiderioꝝ celeſtiū lamēta nō humiliat / eterne patrie gaudia non deguſtat. A veritatis eñ pabulo ieiuni ſunt qui ī hac peregrinationis inopia letātur. Scđo debet mens eſſe exercitata in bonoꝝ perpetratione et in maloꝝ perpeſſione: qꝛ quos cibus veritatis afficit / bonoꝝ exercitatio ꝛ maloꝝ perpeſſio nūq̄ frāgit. Berñ. O bone ieſu: quotiēs poſt innumerabiles lachꝛymas et gemitus ſauciatam aīam meam vnxiſti vnctione mie: et oīno quā pene deſperantē excepiſti: cōſolatā aūt ꝛ de venia pꝛeſumētē dereliqſti. Ecce quō pꝛeciū rerū honeſtaꝝ in ipis eſt. Uñ reuera q̄uis in initio arcta ſit via que ducit ad vitam: ꝓceſſu tñ tēpoꝛis ineſtimabilis delectationis dulcedine dilataẜ. O beata conſolatio diuinit⁹ infundiẜ laboꝛantib⁹ pꝛo xp̄o. Tertiū in quo aīa inebꝛiatur hac dulcedine / eſt mētis eleuatio: qñ feliciter animus a terrenis abſtrahitur: et miro quodāmodo ſupꝛa ſeipm̄: ſupꝛa mūdum: immo ſupꝛa oēm creaturā eleuaẜ: et iam dicere poſſit aīa. Introduxit me rex in cellaria ſua. Cāti. j. Hec eſt illa cella vinaria in qua introducitur aīa

vbi bibit de vino cōdito ineſtimabilis deitatis: et lacte albiſſimo incōtaminabilis hūanitatis. O aīa hoc bibūt amici/ſed inebriātur et cariſſimi. O ꝙ̄ felix ebrietas quā ſequitur mētis ꝛ corporis/tam caſta ꝛ ſancta ſobrietas. Hic efficit aīa more ebrij gaudēs ꝛ letabūda in aduerſis: fortis ꝛ ſecura in periculis: prudēs ꝛ diſcreta in proſperis: liberalis ꝛ pia in condonandis et tam quieta ꝛ ſomnolēta recumbens in amplexibus diuinis: cum leuat ſpōſi ſpōſam ſub capite amicabiliter ſuſtentat: et dextera dilecti dilectā familiariter amplexatur. ¶ Anima. ¶ O homo confiteor cū humilitate et cū reuerētia quid accidit aliqñ (licꝫ heu perraro) qꝛ cū per magnā violētiam circa cōuerſiōis mee primordia: animum a terrenis abſtraxi: et ad celeſtia cōtēplāda cū conatu eleuaui. Intraui cū tremore: circūſpexi cū rubore: vidi choros angeloꝝ palatia ꝛ gaudia patriarcharum: apoſtolorum aſpexi tabernacula: et martyrū cōuiuia: virginū et cōfeſſoꝝ ſolatia: elemoſinā videlicet petij cōſolatiōis a ſingulis micas decidētes de mēſa dñoꝝ deſideraui nec obtinui. Sed (qđ auditu lamētabile eſt) mox ab oībꝰ vt peregrina incognita fui. Quid ḡ profuit michi laborioſa mentis eleuatio: quā nulla ſecuta fuit ꝯſolatio. ¶ Homo. ¶ O aīa non fuit ſine cauſa repulſio tā deſolatoria: puto ꝙ hoc fuit qꝛ voluiſti eſſe ſocia cōſolatiōis anteꝙ̄ fuiſti ſocia paſſionis: voluiſti eſſe ꝑticeps remunerationis anteꝙ̄ fieres virtutum imitatrix. Satage igit̄ primo eſſe ſocia angeloꝝ per puritatē et innocentiam patriarchaꝝ et ꝓphetaꝝ per humilitatē et fidei cōſtātiam: ſtude eſſe filia apl̄oꝝ et martyrum per charitatē et patiētiā: cōfeſſoꝝ et virginū per pietatē et cōtinētiā et tūc audacter in hoc exilio ſaltē cū ꝓdigio filio pij patris elemoſinas obtinebis. ¶ Anima ¶ Iam o homo ꝙ̄ vana ꝛ inſipida ſunt oīa tranſitoria agnoſco: et ob hoc mūdum deſpicio: cōſolationem ſeculi vilipendo: mūdana quoqꝫ gaudia ſicut venena mortifera fugio ꝛ cōtēno: vitā etiā preteritā quaſi mortuam plango: et mētem meā miſeram gemitibꝰ et fletibus abluo et purgo: et ſi aliqñ inter lachrymas et gemitꝰ odorē diuine ſuauitatis vel modicū ſentio: attamen cibum filioꝝ et vinū amicoꝝ infelix ꝛ miſera ieiuna ꝛ ſitibūda nō deguſto. Bernar. Non acceſſit adhuc dñe deus meus cor meū ad multitudinem dulcedinis tue: quā abſcōdiſti timētibus te: foris eiꝰ odore vtcūqꝫ ſuſtentor qđ eſt mihi ſup odorem balſami/et cūcti generis ſuauia odoramēta. O dñe deꝰ ſi tam nobilis ē odor ꝙ̄ dulcis ē tue dulcedinis ſapor: Si tāte virtutis eſt modica deguſtatio: ꝙ̄tum iocūditatis habet felix inebriatio: O qs michi det vt venias in cor meum et inebrias illđ vino tuo/et amplectar te deꝰ meꝰ. ¶ Homo ¶ O anima deuota (loquar ſalua reuerētia) nimis eſtis auara ꝛ vtinā non ꝓſumptuoſa: vires veſtras ꝑpēdite: merita cōſiderate: virtutes diſcutite: et ſi placet tūc ſufficiat vobis magis odore diuinoꝝ vnguentoꝝ: cum adoleſcētulis humiliter currere ꝙ̄ preſumptuoſe ſuper merita poſtulare. ¶ Aīa. ¶ O homo ꝙ̄ durus et oneroſus eſt michi aliquādo miſer conſolator: ꝙ̄ parcuſſi fas eſt dicere diuine pietatꝫ diſpenſator. Audacter dico: tacere non valeo: michi odor non ſufficit: modicus guſtꝰ plene non reficit: ſed efficit ebrietatem: affectus meꝰ appetit ꝛ requirit. Scio ꝙ̄ didicit. Bibite amici et inebriamini Cāti.v. chariſſimi: ſi deprimit indignitas

petētis: ſpem ꝟo erigit pietas pro-
mittentis. O homo quō dubitare
valeo quin paratus ſit dare dona
ſua q̄ pro me non dedignat⁹ eſt pa-
ti mala? An ignoras q̄ multos de
dei pietate docuiſti quod de bea-
to Auguſtino didiciſti ſic dicēte.
Erubeſcat humana pigritia: plus
vult de⁹ dare q̄ȝ audeat homo po
ſtulare. Idem de vera religione.
Deus dedit nobis pignus ſpūs: in
quo ſentiam⁹ ei⁹ dulcedinem ⁊ de
guſtemus ipm̄ fontem vite in quo
ſobria ebrietate irrigemur tāq̄ȝ li-
ps. j. gnum qđ plantatū eſt ſecus decur
ſus aquaꝝ. Chriſoſt. Nil oīpoten-
tiam dei clariorem reddit q̄ȝ ꝙ oī-
potēs facit eos qui ſperant in eo.
Nam deū per ſpem innixū animū
nulla fraus nulla illecebra pote-
rit vel ſtantem deijcere vel duran
tem ſuperare. Erubeſcat nunc hu
mana deſperatio: et maledicta ſit
puſillanimitat; trepidatio que di-
uitem et nimis liberalem in oībus
que inuocant illū eſtimāt illis qui
ſpem pfectā ponūt in illū ſua poſ-
ſe beneficia denegare. Nūqđ non
pater etern⁹ apud quem nulla eſt
tranſmutatio ex ſola liberalitatis
immēſitate filiū ſuū miſit ī quo de
dit totū quod habuit/totū qđ po-
tuit/totū qđ ille fuit. Si ꝟo ſua li-
beralitas ſuā infinitā bonitatē di-
minueret/forſan non immerito no
ſtra infirmitas trepidaret. Sȝ q2
ex ſeipſo ⁊ non ex accidēti bono bo
nus eſt/ex ſue bonitatis ꝯmunica-
tione non diminuit/ex aliene boni
tatis additione non augeť. ¶ Ho
mo. ¶ O aīa magna eſt fides tua
valde fortis es in ſpe ⁊ confidētia:
et q̄ȝuis ſpes que procedit ex meri
tis ⁊ diuine clemētie ꝯfidētia me-
ritoria laudabiliſq̄ȝ ſit ⁊ ſancta: cō
ſulo tñ ſane anteq̄ȝ ad querendam
ebrietatē ſupra te aſcendas prius
per cōſiderationē ſalubriter: infra
te deſcēdas vt diſcas tuū ſpōſum
reuerēter timere anteq̄ȝ incipias
ſuū ſecretū cubiculū introire: quē
non ſolum timere debes cū iraſci-
tur/verūetiam cū ſuauiſſime ⁊ de
licatiſſime blanditur.

## ¶ Quomodo anima radium contemplationis debet conuertere ad inferiora. Primo ad humane mortis neceſſitatem ineuitabilem. Cap. iij.

¶ Anima.
Dic queſo o homo bre-
uiter que ſint illa infe
riora/atq̄ȝ mea cōſide
ratio eſt aduertenda.
Aſcendere feſtino: e-
brietatem diuine cōſolatiōis que-
ro: in inferiorib⁹ diu morari nō va
leo. Jam dilecta tabernacula tua
dñe virtutū inhabitare deſidero:
ī atrijs dñi totis virib⁹ cōcupiſco.
¶ Homo. ¶ Hec inferiora ſunt
(o aīa) vt te ꝯuertas ⁊ videas mor
tis ineuitabilē neceſſitatē: et inge-
miſcas diuini iudicij infallibilem
veritatē: et cōtremiſcas penaꝝ in-
fernaliū intollerabilē aſperitatem
et expaueſcas. Cōſidera igiť/fre-
quēter volue/et reuolue diligēter
ꝙ mors non pōt declinari: ꝙ hora
mortis non pōt inueſtigari: ꝙ tp̄s
a deo preordinatū non pōt immu-
tari. Yſidorus. In reb⁹ hūanis ni-
chil certi⁹ morte: nichil incertius
q̄ȝ hora mortis. Non miſereť ino-
pie: non reuereť potētiā: nec reſpi
cit morū aut generꝝ excellētiā: nō
parcit iuuētuti vel etati: ſenib⁹ eſt
in ianuis: iuuenibus in inſidijs.
¶ Anima. ¶ Audio ꝙ noſtrū vi-
uere nichil aliud eſt q̄ȝ ad mortem
trāſire. Cur ḡ tpalia diligūť cū tā
breui ⁊ tā incerto tpe poſſidētur?
¶ Homo. ¶ Sicut dicit Grego.
carnales mētes/o aīa/idcirco tpa
lia diligunt: q2 vita carnis q̄ȝ fugi
tiua ſit minime ꝑpēdūt. Nā ſi velo
citatem tranſit⁹ ei⁹ aſpicerēt: hāc
etiā ꝓſperitatē modice duraturā
minime amarēt. Augu. Vita mea
nauigāti ſilis eſt: ſiue dormiā: ſiue

vigilē ſemꝑ vado feſtinꝰ ad mortē.
O vita pſīs q̄ multos decipis: que
dū fulges nihil eſt: dū videris vm
bra eſt: dū exaltaris fumꝰ eſt: dul-
cis eſt ſtultis: amara ſapientibus.
Qui te amāt nō te cognoſcūt: qui
te fugiūt ipſi te intelligūt. Alijs te
ꝓmittis lōgam vt decipias: alijs
breuē vt i deſperationē inducas.
Auctor de ſpū et aīa. Jugi medi-
tatione aīm noſtrum exerceamus
et miſerias nr̄as conſideremꝰ. Cū
dolore vitā iſtā intrauimꝰ: cū labo
re viuimꝰ: cū timore exituri ſumꝰ.
Bern̄. Quotquot deginꝰ in hac
regiōe vmbre mortis: in infirmita-
te corporis: in cōflictu ⁊ in loco tē
tatiōis: ſi diligēter aduertimꝰ/ tri-
plici incōmodo miſerabiliter labo
ramus. Faciles eñ ſumꝰ ad ſedu-
cendū: debiles ad reſiſtēdū: et fra-
giles ad operandum. ❡ Anima.
❡ Jam vide ꝙ inutiliter in hoc
tēpore viuit̄ niſi ad cōparādū me-
ritū quo ineternū viuat̄. Ideo nō
eſſet curādū q̄diu eſſet viuēdum
ſ; potius q̄ bene in hac vita operā
dum. Et ſi alicui ꝙ bene viuat cō
donetur: tñ vt diu viuat certū eſt
ꝙ nulli cōcedit̄. Bernar. Eſt igit̄
vita ſecura vbi cōſciētia pura/ vbi
mors ſine formidine expectat̄: cū
dulcedīe adeſſe optat̄: et cū deuo
tiōe acceptat̄. ❡ Homo. ❡ O a-
nima ſi hec ita ſe habere intelligis
audi conſilium meū: et in hac vita
q̄diu durat cōpara tibi vitā illā
que ſemꝑ durat. Dū viuis ī carne
morere vt plꝰ deo viuere incipias.
Bern̄. Intellige ꝙ veniētē mortē
nullꝰ letus et hylaris ſuſcipit/ niſi
q̄ ſe ad ipām dū viueret bonis ope
ribus ꝑparauit. Attēde ꝙ ſm̄ Se
necā. inſipiēs. i. pctōr criminoſus
moriēdo mortē īcipit: ſapiēs ⁊ vir
tuoſus moriendo mortem vincit.
❡ Aia. ❡ O hō video ꝙ bonorū
mors eſt brā: mors ꝟo pctōꝝ infe-
lix et miſera. ❡ Homo. ❡ O aīa
ſm̄ Ber. bona eſt iuſti mors ꝓpter
requiē: melior ꝑpt̄ nouitatē: optīa
ꝑpt̄ ſecuritatē. Ecōtra mors pec
catoꝝ peſſima: ⁊ bñ peſſia mala in
mūdi amiſſiōe: peior ī carnis ſepa
ratiōe: ſ; peſſima in duplici ꝟmis
et ignis cōtritiōe: ſed qđ oīm peſſi
mū eſt ī diuīe ꝯtēplatiōis ꝑuatiōe

## ❡ De iudicij finalis formidabili auſteritate.

❡ Anima.
Iam ſatis de morte di-
xiſti dic modo đ ſtatu
finalis iudicij. ❡ Ho-
mo. ❡ O aīa facio qđ
hortaris: ſ; rogo audi
cum patiētia. Scire debes q̄uis
de morte meditari ſit horribile/ de
ſtatu iudicij cogitare (vt eſtimo)
nō minꝰ eſt formidabile. Qr nullꝰ
tūc poterit fallere ſapiam: flectere
iuſticiā: inclinare clemētiā: decli-
nare vltionis ⁊ iuſte retributionis
ſniam. Ber. Cōſidera igr̄ aīa mea
cū tremore quid erit de te ī die no
uiſſimo: qñ ꝯ te de cogitatiōibꝰ lo-
quet̄ ꝯſcia: qñ de tuis actiōibꝰ oī-
bus te accuſabūt elemēta: qñ ꝯ te
crux portabit̄ in teſtioniū: qñ ꝯ te
clamabūt vulnera: allegabūt cla-
ui loquent̄ cicatrices et cōq̄rent̄.
O anguſtie/ hic erūt pctā accuſā-
tia. inde terrēs iuſticia. intꝰ vrens
cōſcia. ſubtꝰ horrēdū chaos infer-
ni. ſupra iudex iratꝰ iuſti iudicij.
Fōs mūdꝰ ardēs: atq; iuſticia iu-
dicātis terrēs. Et ſi iuſtꝰ vix tunc
ſaluabit̄/ impius ⁊ pctōr vbi pebūt.
Latere erit īpoſſibile: appere ītol
lerabile. Anſel. in meditationibꝰ.
O aīa peccatrix ſignū inutile ⁊ ari
dum eternis ignibꝰ deputatū: qđ
rn̄debis ī illa die qñ exigetur a te
vſq; ad ictū ocli oīne tp̄s ibi impē
ſum q̄lr ſit a te expēſum. Eya eya
aīa mea: qđ tūc erit de cogitatiōi-
bus vanis ⁊ ocioſis: de ꝟbis leuibꝰ
et iocoſis ⁊ ridiculoſis: de operibꝰ
inutilibꝰ ⁊ infructuoſis. Amb. ſup
Lu. Ve mihi ſi pctā mea nō defle
uero: ve mihi ſi media nocte ad cō-

fitēdum tibi non ſurrexero: iam ſecuris ad arborē poſita eſt: faciat fructū que pōt gratie: que debet penitētie. O homo ſiue vigiles/ſiue dormias: ſemper in aurib⁹ tuis illa horribilis tuba reſonet: ſurgite mortui venite ad iudicium. O aīa nūq̄ excidat a tua memoria. Ite maledicti i ignem eternū. Uenite benedicti pcipite regnū. O q̄d poteſt lamētabili⁹ et terribili⁹ cogitari q̄ ite: et quid delectabili⁹ q̄ venite. Due ſunt voces: quarū nichil horribili⁹ vna/et nihil iocūdi⁹ altera pōt audiri. O aīa ſepara te modo de mūdo: vt tūc poſſis manere cū xp̄o. Fuge modo mūdum: vt ſequaris deū. Declina modo prauorum conſortia: vt tūc valeas ſequi beatorum agmina.

## ¶ De pene infernalis intollerabili penalitate. ¶ Homo.

POſt hec oīa conuerte radium cōtēplationis ad reproborū tormēta. vide q̄ ſint varia: q̄ aſpera: q̄ intollerabilia. Bernar. ad Eugeniū. Ego abhorreo vermē mordacem: et mortem viuacem. O gehēnalis regio: fugiēda ibi eſt ignis ardēs: frigus vigens: vermis immortalis: fetor intollerabilis: et mallei pcutientes: vmbre palpabiles: cōfuſio pctōrū: immoderatio vinculorum: horribiles facies demonum. Augu. in ſermone. Ue illis quib⁹ preparatur dolor vermiū: ardor flāmarū: ſitis ſine potu: fletus et ſtridor dētium: lachryme oculorū: vbi mors optat̄ ſed non dabitur: vbi nullus ordo/ſ; ſempiternus horror inhabitat.

Quis putas tūc meror? que triſticia? quis luctus quādo ſeparabūtur iniqui a cōſortio iuſtorū: et tradentur poteſtati demonū: et ibūt cum eis i ſupplicium eternū: ibiq̄ ſemper erūt ſine fine in luctu/planctu et gemitu: procul a gaudijs paradiſi nūq̄ refrigeriū ſuſcepturi: ſ; per multa milia annorū trucidādi: nūq̄ tamen heu miſeri liberandi. Ibi torquēs et puniēs non fatigabitur: ibi qui torquet̄ nūq̄ morietur. Sic eīn ignis ille cōſumet vt vitā tamen ſemper ſeruet. Sic vetera tormēta patiētur: vt ſemp innouētur. Sic ſine ſpe venie et miſericordie ſemper viuēt vt non moriātur. Sic moriātur vt tn̄ nunq̄ cōſumminant̄. ¶ Anima. ¶ O homo: quare i inferno vt dicis mors queritur et non inuenit̄? Et quare punitur eternaliter q̄d cōmittitur tēporaliter. ¶ Homo. ¶ R. ſm Grego. quib⁹ in hoc ſeculo vita offertur et nolūt accipere/in inferno querūt mortē et non poterūt inuenire. Idem. Iniqui libēter voluiſſent ſine fine viuere/vt potuiſſent ſine fine i iniquitatib⁹ permanere: ad diſtricti ergo iudicis iuſticiam pertinet vt nūq̄ careant ſupplicio quorū mens in hac vita nunq̄ voluit carere peccato. O aīa ſi hec predicta vident̄ tibi horribilia: audi que ſunt his omnib⁹ grauiora. Chriſoſto. ſuper Matth. Si mille gehēnas mihi ꝑponas/non tantū reputo ſicut ab illi⁹ glorioſe ſocietatis iocūditate expelli: et exoſum fieri creatori. O aīa terribilis eſt gehēna: ſed terribilior facies iudicis irata. Sed q̄d oīm vincit terrorem eſt a beatiſſime et iocūdiſſime trinitatis cōtēplatione elongatio eterna. Chriſoſt. Excludi a bonis eternis et alienū effici ab his que preparauit de⁹ diligētib⁹ ſe tantū generat cruciatū: vt ſi exteri⁹ nulla pena torqueret hec ſola ſufficeret: et meli⁹ eſſet mille milia flāmarum ſuſtinere q̄ xp̄i faciem manſuetiſſimā iratā videre: et ab ipſa eternaliter diſcedere. O ſi de⁹ ſic egit cū angelo ſuperbiēte: quid de te erit terra et cinere. Ille ſupbiuit

in celeſti palacio: ego autē in ſterq
linio. Quis nō tolerabiliorē in di-
uite ſuperbiā: ꝙ̄ in pauperē aſſe-
rit. Ue mihi ſi tam dure ⁊ potēter
eſt punita ſupbia in angelo qualit̄
in me miſera paupercula eſt iudi-
canda. O pie ieſu ꝓpter nomē tu-
um fac mecū miſericordiā ⁊ obli-
uiſcere ſuperbū ꝓuocantē. Reſpi
ce miſerū humiliter inuocātē. Et
cognoſce benigniſſime qḋ eſt tuū:
abſterge qḋ eſt alienum. Miſerere
dum eſt temp⁹ miſerendi ne dam-
nes in tēpore iudicandi. Uerū eſt
ꝙ ↄſcientia meruit dānationē pe-
nitētia nō ſufficit ad ſatiſfactionē.
Sed certū eſt ꝙ tua mīa omnē ſu-
perat offenſionē. Grego. in home.
O ſi homo itelligere poſſit qd am
miratōis hꝫ qn̄ venit ſpōſ⁹: qd dul
cedinis: quādo parate erāt itrare
cū eo ad nuptias: qd amaritudi-
nis quādo clauſa eſt ianua. O aīa
cogita ꝙ̄tū ſit malū a facie xp̄i ſe-
parari: mori vite eterne: ⁊ viuere
morti ſempiterne: ꝓfūdo fluctuā-
tis gehēne imergi. edaciſſimis ver
mib⁹ ineternū dilaniari nec finiri
tribulatiōes incēdij fluctuātis pa
ti baratri frigora. fumigātis ama
ra caligine obcecari oculos. nō ſen
tire qḋ illumiat ſed ſentire qḋ cru-
ciat. Hec ꝓſper. Augu. Tāta erit
in inferno vis doloris vt ſe non fe-
rat al'as itētio cogitatōis. ¶ Ani
ma. ¶ Iam tremore cōtremiſco.
Iam horrore deficio. dic queſo o
homo ad quid valetā lamentabi-
lis cogitatio. ¶ Homo. ¶ O ani
ma puto ꝙ predictorū ↄtinua me-
ditatio ⁊ deuota eſt peccatoꝝ me-
dela ⁊ ad queqꝫ bona agēda: ⁊ ma
la ſuſtinēda: ſalutifera exercitatio
Bernardus in epiſtolis. Uigilias
times manuumqꝫ tuarū labores.
Sed leuia ſunt hec meditanti flā-
mas perpetuas. Recordatio tene-
brarum facit non horrere ſolitudi
nem ſi futuram de verbis ocioſis
cogitas diſcuſſionē: non diſplice-
bit ſilentium. fletus ille et ſtridor
dentium ante oculos mentis ſepe
reducti: pares tibi reddunt mattā
⁊ culcitrā: Aug. in ſermone. Mēs
humana mundi huius illecebris
et cōcupiſcētijs deuicta: fugit la-
borem: expetit voluptates: et vix
ad hoc ducitur vt a ſe cōſuetudi-
nes vite prioris excludat. Sꝫ cū
ceperit cogitare futurā iudicij ne
ceſſitatē ⁊ penarum eternaliū cru
delitatem voluntariū bellū indu-
cit paſſionibus. Nota vel ſpe pre-
mij vel timore ſupplicij. vim fa-
cit priſtinis deſiderijs ⁊ violenter
violantē vincere ſeipſam conten-
dit. Hec Augu. vnde ꝟſus. O fe-
lix mortale gen⁹ ſi ſemp haberet.
Eternū pre mēte bonum finemqꝫ
timeret.

## ¶ Quomodo anima radiū contēplatōis dꝫ cōuertere ad ſuperiora. Capitulum. iiij.

¶ Anima.

Iam nunc o homo me
miſerā in hac lachry-
marū valle ꝓiectā ſa-
tis terruiſti: lꝫ nō īfru-
ctuoſe docuiſti. Miſe-
rere etiam nūc mihi miſere: et fac
iam ſicut ꝓmiſiſti. Propone pau-
lulum de felicitate ꝑpetua: ſi for-
te valeā ex hoc capere aliqua mē-
tis ſolatia qꝛ alt'nis vti delectabi-
le eſt: quia ſ'm Augu. ſiue plecten-
do ſiue ignoſcendo ſiue deterrēdo
ſiue conſolando ſemp bene agitur
vt vita hominū corrigatur. Atten
de ꝙ̄ generoſus eſt anim⁹ homīs
vt ſepe ducatur lenibus ⁊ blādis
ſepe magis allicitur ꝓmiſſis ⁊ cō-
ſolatorijs ꝙ̄ cogatur minis et ter-
roribus. Un̄ ſoror nr̄a ſponſa tra-
hi cupiebat odore celeſtiū vnguē-
torum: ſapore diuinorū cariſmatū
et ſic cum ſponſo currere et viam
mandatorū iam nō ex timore: ſed

ex amoꝛe delectabiliter adimple-
re. ¶ Homo. ¶ O anima verum
eſſe pꝛofiteoꝛ qđ loqueris: ſed heu
multi ſunt qui deū nolunt imitari
in pꝛoſperis. Unde neceſſe eſt eos
deterreri in aduerſis. Multi enim
ſunt qui diuina cariſmata vel pꝛo
pter cecitatē non intelligūt vel ꝓ-
pter negligentiā vanis occupatio
nibus ꝑdunt. Unde vt eſtimo deꝰ
ex ſua infinita immēſitate ſemper
paratus eſſet magis conſolationi-
bus fouere: ꝙ̄ aſperitatibꝰ terrere
ſi homines eque diſpoſiti eſſent vt
ſuam diuinā conſolationē recipe-
rent. Que adeo pꝛecioſa et delica
ta eſt ꝙ nullo modo decet vel expe
dit vt indifferenter oīm̄bꝰ tribua-
tur. Tu ergo ſi poſt hec tibi ꝓpoſi-
ta ad hanc aſpiras opoꝛtet ꝙ ha-
beas purgatum intellectū et bene
diſpoſitum affectū: quia ꝟm Aug.
Summū bonum non niſi purgatiſ-
ſimis mentibus cernitur. Et puto
ꝙ adminꝰ non niſi valde bn̄ diſpo-
ſitis affectibꝰ deguſtetur. A mul-
tis enim in hac vita valde limpide
ſpeculatur a quibus et minime de
guſtatur. Unde idē Auguſtinꝰ.
Fac me dn̄e pꝛecoꝛ deguſtare per
effectum: qđ ſentio p intellectum:
fac me ſentire per amoꝛem qđ ſen-
tio per agnitionem. ¶ Anima.
¶ Dic queſo o homo que debent
diſpoſitionem in affectu ꝛ intelle-
ctu pꝛecedere vt vel ſaltem ad mo
dicam mentis ebꝛietatem valeam
celeſtem dulcedinē contemplādo
deguſtare. Jam enim dudū in ſpe
culatione mentē exercitaui: ꝛ heu
adhuc nunꝙ̄ vt timeo vel modicā
ſtillā illius celeſtis dulcedinis ſen
ſi. Multa de ſanctoꝝ vita ꝛ cōuer
ſatione legi. Multa de natura: de
operationibus et oꝛdinibus ange-
loꝝ: nonnulla etiam legi de ine-
ſtimabili diuinitatꝫ vnitate: de in-
compꝛehenſibili diuinitatis trini-
tate: plura de beatoꝛum omnium
ineſtimabili felicitate. Et quando
pꝛedictis toto ſtudio mentem oc-
cupaui: heu adhuc ieiuna ꝛ fame
lica permanſi ꝛ ſemꝑ cū beato Au
guſtino clamaui. Fac me clemen-
tiſſime pater guſtare per effectū
quod ſentio per intellectū ꝛ tamē
non pꝛofeci ſed ſepius lōgo ſtudio
fatigata ꝛ mihimetipſi irata cla-
maui cum pꝛopheta. Expectan-
do micas que cadunt de menſa do
minoꝝ i aula celica. Uſqꝫ quo do ps. xij.
mine obliuiſceris me in finē: vſqꝫ q̄
auertis faciē tuam a me. Quia et
ſi me indignam ad manducandū
filioꝛum panem iudicadi mandu-
care ſaltē micas minutiſſimas de-
cidentes cū magno deſiderio ex-
pectaui: ſed heu qꝛ frequētiꝰ aper
to oꝛe inhians in vacuū laboꝛaui.
¶ Homo. ¶ O anima/ ꝑdicta q̄
lamentabiliter es conqueſta acci-
dunt ex duplici cauſa. Aliquando
ex valde pia et ſalutifera diuine
bonitatis diſpēſatiōe. Unde Gre-
goꝛius in moꝛalibus. ¶ Differre
ſolet pater pius voces petentium
ad tempꝰ vt deſideria creſcant: et
eo magis exaudiamur ad meritū
quo citius nō exaudiamur ad vo-
tum. Idem in homelia. ¶ Sācta
deſideria ex dilatione creſcunt: ſi
autē ex dilatione deficiūt/ deſide
ria non fuerunt. Deꝰ meus ꝙ̄uis
per pietatē eſt clementiſſimus: ta-
men aliquando contingit vt hoc
qđ libentiſſime tribuit pꝛotrahit:
vt diſcas magna multū ꝛ ardēter
deſiderare ꝛ adepta ſollicitius cū
gratiarum actione conſeruare.
¶ Aliquando etiā beneficiū pꝛo-
trahit ex poſtulantis indiſpoſita
deoꝛdinatiōe. Bernardus. Errat
oīn̄o ſi quis illam celeſtē dulce-
dinē huic cineri diuinū illud bal-
ſamum/ huic venenoſo gaudio ca-
riſmata illa ſpiritus ſancti huius
ſeculi illecebꝛis miſceri arbitraꝛ.
¶ Sꝛ iam o anīa ne diutiꝰ te pꝛo-

trahā nec amplius te p expectationem affligam: purga intellectū a vanis ꝛ inutilibus fantaſijs: a naturalibus ꝛ curioſis rationib⁹: ab extraneis ꝛ ſcientificis occupationibus. Purga etiā affectū a culpa: a culpe ſequela: a culpe occaſione vł cauſa. Erige rationē/ dilata et expande affectionē: intra in gaudium dn̄i: quod nec oculus in hac vita perfecte vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ homis aſcēdit.

¶ Exardeſce igit̄ o anima amoꝛe et deſiderio ſupne vite ſanctoꝛum: vbi eſt actio non operoſa: requies nō deſidioſa vbi vita ſine defectione: laus diuina ſine ceſſatiōe. Hec Auguſtinus. Bernar. Gaude igitur ꝛ exulta ac mercedem laboꝛis tui conſidera: que reuera eſt tam multa quod non poteſt nūerari: tā magna ꝙ non poteſt menſurari: tā pꝛecioſa ꝙ nō pōt eſtimari: tam copioſa ꝙ nō pōt terminari. ¶ Anima. ¶ O homo multa iam dixiſti in genere: dic queſo per ſingula in ſpecie quia magis intelligim⁹ que ſpecialiter diſtinguūtur ꝙ generaliter expꝛimuntur. ¶ Homo.

¶ O aīa qd dicere valeo: iam futurū gaudiū aſpicio: iam pene pꝛe ammiratiōe deficio: qꝛ gaudium erit intus et extra: ſubt⁹ et ſupꝛa: circū ꝛ circa: gaudebis igit̄ in omnibus: gaudebis de oīb⁹: gaudiū tuū vt puto pꝛefiguratū eſt in apocalipſi per illam mulierē beatā q̄ amicta fuit ſole ꝛ luna ſub pedib⁹ eius/ et coꝛona duodecim ſtellarū ī capite ei⁹. Mulier iſta vt eſtimo eſt aīa beata eterni regis filia ſpōſa et regina. Filia p nature creatione: ſponſa p gr̄e adoptionē: regia p gl'ie collationē. Hec bn̄ dr̄ amicta ſole: qꝛ decoꝛata ſplēdoꝛe claritatꝭ deifice: coꝛonata dignitate felicitatis eterne. In q̄ felicitate ob ſpiritualē decoꝛē ſūt duodecim gaudia p duodecim ſtellas figurata: p que decoꝛat̄ et oꝛnatur ſupna felicitas. Hec gaudia debes tu o anima q̄tidie deuota mēte trāſcurrere: ꝛ nullā p̄ſentis miſerie ꝛ incolatus cōſolationē querere et ſpe illi⁹ gaudij omnē tribulationē vite pꝛeſentis patienter ꝛ gaudēter ſuſtinere. Beda. O anima nō turberis ſi mali in hoc mundo floꝛent et tu pateris. Ipſi gaudent ꝛ tu pturbaris. Mali heu nihil habēt in celeſti gaudio: nec cures tu ſi nihil habueris in hoc ſeculo: ſed ſpe illius gaudij quo tendis/ quicq̄d in via aduerſitatis occurrit/ affect⁹ tu⁹ gaudenter et patienter ſuſtineat. Bernardus. O anīa ſi te aliqn̄ delectāt mūdana gaudia: falſa hui⁹ ſeculi gloꝛia: bꝛeuis et caduca potentia: illic mentem euoca: et omnia reputa vt ſtercoꝛa. Curre non paſſibus coꝛpoꝛibus: ſed affectib⁹ et deſiderijs: quoniā non ſolum angeli: ſed et angeloꝛum dominus et magiſter te expectat. Expectat te deus pater tanꝙ filiam dilectiſſimam. Deus filius tanꝙ ſponſam dilectiſſimā. De⁹ ſpiritus ſanctus tanꝙ amicā tibi gratiſſimam. Expectat te de⁹ pr̄ vt heredē vniuerſoꝛum bonoꝛū te cōſtituat. Deus fili⁹ vt te fructū ſue natiuitatis et pꝛeciū ſui ſanguīs p̄cioſi deo patri offerat. De⁹ ſpūs ſanct⁹ vt ſue eterne beatitudinis et dulcedinis participem te faciat. Expectat te illa beatiſſima omniū celeſtium ſpirituum eterni regis familia: vt te in ſuum collegiū ſuſcipiat. Tu ergo ipſoꝛum ſocietatē ſuper omnia deſidera: cū magna verecūdia illuc venires/ ſi eam in hac lachꝛymaꝝ valle non amaſſes. Hiero. in ep̄la. Quotiēs ergo te vana hui⁹ ſeculi delectat ambitio quotiēs videris in hoc mūdo aliquē gl'ioſū: ſtatim ad celum mentē tranſgredere: ꝛ eſſe incipe quod futura es. Reuera eſtimo o anima ſi hec celeſtia gau-

dia iugiter in mēte teneres de hoc
exilio quoddam ſuburbiū celeſtis
regni conſtrueres. in quo illā eter
nam dulcedinē/quotidie ſpiritua
liter prelibando deguſtares: quia
cum aliquid eternū mēte capim⁹
iā non in hoc mūdo ſed in celo ha=
bitam⁹. Auguſtinus. Tanta eſt o
anīa vis tue dilectionis ꝙ ibi ve=
rius habitas: vbi ꝑ cōtēplationem
amas ꝙ̄ vbi per eſſentiam. Ber=
nardus. Hoc eſt cariſſima anīa re
gnum dei: quod ītra nos eſt quod
heu miſerabiliter negligim⁹: cum
foris ad inania et vana fuſi ſum⁹.
Gregorius. Fuſi ſum⁹ foras de re
gno dei qđ intra nos eſt nihil curā
tes: foris querim⁹ conſolationem
de rebus vanis et inſanijs falſis:
ita ꝙ iam religionis antique deuo
tionem amiſim⁹: adeo ꝙ nec ſpem
ipſius retinemus. Tu ergo o ani=
ma eterni regis filia audi mēte de
uota et inclina aurem tuā ad ſan=
cta deſideria ⁊ ſalutifera conſilia:
vide per contemplationē celeſtis
regni conſolationē. Obliuiſcere ꝑ
contemptū ⁊ deteſtationē popu=
lum tuum ⁊ domū patris tui. hoc
eſt mundū/ dyabolū: teipſam ⁊ om
nem vanam ambitionē. Uide igi=
tur et deuota mēte pertracta qua
liter illi diuini et celeſtes ſpiritus
qui preſentis vite et miſerie peri=
culum euaſerūt ꝙ̄uis ab illi⁹ eter=
ni ſolis ſplendore ſe nunꝙ̄ poſſunt
auertere: aliquādo tamen radium
contēplationis cōuertunt ad infe=
riora: aliquando ad ſuperiora: ali=
quando ad interiora: aliquādo ad
exteriora. Conuertunt inꝙ̄ ad in=
feriora ⁊ gaudent ex triplici cau=
ſa. Uident enim primo ꝙ impios
horribiles ⁊ crudeles hoſtes ꝑ di=
uinam potentiā ſuperauerūt. Se=
cundo ꝙ oīs defectus ⁊ peccata
per diuinam ſapientiā vitauerunt
vel iam dudum cōmiſſa correxe=
runt. Tertio ꝙ tam lamētabiles ⁊
interminabiles cruciatus eternos
per diuinam clementiā euaſerunt
O anima quāto putas gaudent
quotidie gaudio quādo tot vidēt
a carne et mūdo ⁊ dyabolo ſupera
ri: tot tam diuerſis peccatis de q̇
bus nunꝙ̄ merent veniam inq̇na=
ri: tot eternaliter ſine fine dānari.
Reuera tunc puta de morte trāſiſ
ſe ad vitam: vite duplicat gaudiū.
O domie deus ſi nunc tam graue
periculū eſt in bello: quantū tunc
erit gaudium de triūpho: cū poſt
deuictum triūphatumꝙ̄ mundū.
ſubmerſo impio pharaone ⁊ exer=
citu eius in mari rubro: tenent om
nes electi tympanū cū maria pſal=
lentes ⁊ cantantes: laudātes ⁊ be=
nedicentes dn̄m: vna voce dicen=
tes. Cantem⁹ domio: glorioſe eni ho
norificatus eſt: equū aſcenſorē de=
iecit ⁊c. Tunc cōſtituent duo che
rubin: hoc eſt duo chori electorū:
ſcil3 innocentes et penitentes cla=
mantes alter ad alterū. Sanctus
ſanctus: ſanct⁹: dominus deus ſa=
baoth. Sanctus de⁹ pater q̇ nos
a mundo/a carne/⁊ a diabolo tam
potenter liberauit. Sanct⁹ deus
filius q̇ nos a pena ⁊ a culpa tam
ſapienter iuſtificauit. Sanct⁹ de⁹
ſpiritus ſanct⁹ qui tam clementer
ab eternis tormentis preſeruauit.
Plena eſt omnis terra gloria ei⁹:
qui nos de mundi miſeria ad cele=
ſtis regni gaudia reuocauit. O aīa
q̄lis tibi erit dies illa cum ad hāc
felicem chorēā fueris aſſumpta: ⁊
cum omne tormentū tibi ſi pie vi=
xeris: ſi patiēter ſuſtinueris ꝯuer=
tetur ineternum iubilū. Tunc de
omnibus hijs laudabis dominum
deū tuū labijs exultatiōis dicēs.
Miſericordias dn̄i ĭeternū cātā= Pſalm.
bo. Quo cantico ſm Auguſtinū lxxxviij
in lib. de ciui. dei: qđ cantat in lau
dem glorie xp̄i: cuius ſanguine li=
berati ſum⁹/ nihil erit iocūdi⁹ illi
ciuitati et nihil dulcius. Tu ergo

cum tentationib⁹ probaris: cū perſecutionibus impugnaris: cūq̧ in hoc ſeculo varijs tētationib⁹ infeſtaris: tunc mente in celū euola et cogita q̄ hoc non eſt aliud niſi eterni gaudij materia. Et tūc ſm̄ Gregoriū. Cōſideratio premij minuit vim flagelli. Gregori⁹. Si conſideremus que ꝛ quāta ſunt q̄ nobis ꝓmittūtur in celis: vileſcūt anio omnia q̄ ſunt in terris. Reuera nō tm̄ bōa que delectabiliter poſſidem⁹ verū etiam mala que lamentabiliter ſuſtinem⁹. Bernard. Non ſunt cōdigne paſſiones hui⁹ tpis ad p̄teritam culpā que dimittit̄ ad preſentem gratiā quiimittit̄ ꝛ ad futuram gl'iam q̄ ꝓmittitur. Quātum tunc o aīa cū gaudio poſſidebis qñ pfecte intelliges q̄ in mundo cū tanto periculo quo plerīq̧ opprimūtur vixiſti q̄ demonis fallaces aſtutias quib⁹ multi decipiuntur vixiſti: q̄ cruciat⁹ eternos quib⁹ inumerabiles affligūt̄ euaſiſti. ¶ Anima. ¶ O hō q̄ ſana et ſalutifera eſt hec tua cōſolatio: qꝛ cum hec q̄ ꝓpoſuiſti aduerto: conſolationē ex ſpe nō modicā r̄cipio Sed o dn̄e deus quid putas: tunc erit cū hoc qđ modo ſpero veraciter poſſidebo. ¶ Homo. ¶ O anima modica ſunt hec q̄ audiſti immo cōparatiue quaſi nulla ſunt q̄ mente percepiſti: ſed parūper oculos mētales erige ꝛ quāta ſint gaudia q̄ de his ꝑcipias q̄ iuxta te ſūt deuota mente frequēti⁹ volue et reuolue. Attende igit̄ et cōſidera locū ſpacioſum quē tibi diuina ſapientia edificauit. Attēde ꝛ victū delicioſum/ ornatū curioſum/ theſaurū p̄cioſum: quē tibi eterna potentia cōgregauit. Attende etiam collegiū famoſum cū quo de diuina clemētia mens tua eternaliter exultabit. O aīa attende q̄ glorioſa q̄ famoſa q̄ gaudioſa ē iſta dom⁹ dei ciuitas celeſtis manſio ſecura: patria continens totū qđ delectat. Attende q̄ clara ꝛ lumi noſa: q̄ ſplendida eſt ciuitas q̄ nō indiget ſole neq̧ luna vt luceāt in ea: ſed ipſe domin⁹ ſol iuſtitie candor lucis eterne lux ei⁹ eſt et lucerna eius agnus. O anima attende q̄ alta et q̄ ſpacioſa: q̄ pulchra et ſpecioſa: q̄ decora et formoſa eſt ciuitas illa: quā ornat ꝑ ſeipſa trinitas beatiſſima. O q̄ glorioſa dicta ſunt de celeſti ciuitate dei. O iſrael q̄ magna eſt dom⁹ dei et ingens loc⁹ poſſeſſionis eius. O anima illic cōtēplare tabernacula patriarchaꝝ et ꝓphetarū habitacula apoſtolorū ꝛ martyrū cenacula cōfeſſorum ꝛ virginū: palatiū celeſtium: ſpirituū thronū illum beatiſſime trinitatis ſpecioſiſſimum. O aīa hic licet ſis corpe: illic eſto mēte. O aīa tranſuola: omnia ſcrutare: omnia viſita: omnia ingredere cuncta per ordinē hoſtia quouſq̧ ꝑuenias ad ſūmi regis palatia ibi ſit mens et hic erit requies. Aug. O anima in illa ſacta ciuitate libēter ſtudeas morari libēter ꝯuerſari qꝛ ibi eſt vita ſine morte: iuuent⁹ ſine ſenectute: lux ſine tenebr ꝭ: pax imperturbabilis. Sedebit enī populus meus in tabernaculo fiducie et in requie opulēta dicit domin⁹.

¶ Secūdo attēde victū delicioſum: ornatū curioſum et theſaurū precioſum. Et quis erit ibi noſter cibus niſi ille agnus beatiſſim⁹ ille mund⁹ ꝛ imaculat⁹ ieſus dei patris ꝛ marie virginis filius de quo ſanctis ſpiritib⁹ miniſtrabunt̄ ad omnē ſufficientiā fercula nobiliſſima. Nobilia quidē de ipſius candidiſſima humanitate: ſed nobiliſſima de ipſius ſuper beatiſſima diuinitate. Tunc enī anima ingredi tur ad deguſtandum diuinitatem egredietur ad probandū humanitatem et paſcua inueniet ad omnē ſufficientiā et ſacietatē. O q̄ be-

ati ſunt qui ad cenam nuptiarum agni vocati ſunt. Ibi aũt beata vita in ſuo fonte bibit. Unñ huic humane vite aliqñ aliquid aſpergit. Unñ in tẽtationib⁹ fortiter/iuſte tẽperanter ⁊ prudẽter viuatur. Ibi ſemper aderit ſitis atq; ſatietas: ſed mire quodãmodo longe aberit et ſiti neceſſitas. longe a ſacietate

Pſalm. xxxv. faſtidium. Inebriabuntur enim ab vbertate domus dei: ⁊ torrente voluptatis ſue potabit eos ꝑm prophetam. ¶ Anima.

¶ Et quando hec? ¶ Homo.

¶ Eſtimo ꝙ nõ prius/ niſi quãdo ille delicioſus pincerna ſummi regis/ſplẽdor paterne glorie/cãdor lucis eterne/figura diuine ſubſtantie/ſpeculũ ſine macula claritatis deifice in quẽ deſiderãt omnes illi celeſtes ſpiritus ꝓſpicere/ quãdo talis et tãtus precinget ſe: ⁊ faciet illos diſcũbere: ⁊ perſonal̃r trãſiẽs miniſtrabit illis. O aĩa hec deuota mẽte ptracta/ quãtum gaudiũ tunc illi boni ſpirit⁹ cõcipiãt: ⁊ tã ſtupenda dignitate miniſtrãtis. ex tam miranda charitate cuiuſlibet ſodalis cõuiuantis. Ex ferculorũ delicioſa opulẽtia. ex miniſtrorũ numeroſa frequẽtia: ex muſicorũ inſtrumentorũ ac alioꝝ pſallentiũ cantantiũ ⁊ laudantiũ regem glorie deum dei filiũ dulci ſona reſonantia. In hoc celeſti magno ſtupendos cõuiuio: audies angelos iubilantes virgines choriſantes: apoſtolos pſallẽtes: martyres tripudiantes: cõfeſſores laudantes: patriarchas et ꝓphetas iocũdantes. Omes ſanctos et electos dei vnanimiter patrẽ et filiũ ⁊ ſpiritũ ſanctũ collaudãtes: ⁊ vna voce dicentes. Sanct⁹: ſanct⁹: ſanct⁹ dñs deus ſabaoth. Plena eſt oĩs terra gloria eius. O ꝙ glorioſum eſt regnũ in quo cũ chriſto regnãt oẽs ſancti amicte ſtolis albis ſequunt agnũ quocũq; ierit. O anima quo modo poterit ibi eſſe alicui⁹ carentia cum tam varia ſit exultãdi materia. Tunc enim aperiant omnes illi theſauri eterni dei vbi ſunt omnes diuitie: omnes delicie abſconditę: et dabunt a patre eterno vnicuiq; varia et ꝑcioſa munera ꝑm ſua merita. Sed ſi adhuc nõ ſufficiũt iſta attẽde tertio iuxta te omne ſanctorũ collegiũ quod ad beatitudinis tue cumulũ diuina clementia congregauit. Qr nullius boni ſine ſocio iocunda eſt poſſeſſio ſicut dicit Seneca. Uide igit que lingua vel quis intellect⁹ capere ſufficit illius ſupne ciuitatis quanta ſint gaudia/ angeloꝝ choris intereſſe/ cũ beatiſſimis ſpiritibus glorie cõditoris ſemꝑ aſſiſtere et ab illorum beatiſſima ſocietate nunꝙ diſcedere/ ſed cõtinue cum ipſis et de ipſorũ gaudio imperpetuum exultare. Anſelm⁹. Ibi eni a ſingulis omes/ibi ab omnib⁹ ſinguli cognoſcentur. Nec quenq; latebit: ꝙ patria: qua gẽte: qua ſtirpe quis conditus ſit. Ibi eni erit tam beata ⁊ perfecta charitas iuſtorum/ ꝙ vnuſquiſq; in tantũ diliget ꝓximũ ſicut ſeipſum. Ex quo illud ineſtimabile ſequetur bonũ ꝙ ita vnuſq̃ſq; de alteri⁹ bono gaudebit vel gaudio: ſicut de merito ꝓprio. Proinde cũ inenarrabilis ſit numer⁹ electorũ quiſputas narrare ſufficit gaudiũ beatorũ. Hieronimus in fine epiſtole ad Euſtochium deſcribens ait. Egredere ꝙ ſo (o anima) pauliſꝑ de papilione corporis vt in oſtio ſtans videas dei gl'iam pertranſire / ⁊ preſentis laboris ante oculos pinge mercedem. Qualis tibi erit dies illa cũ maria mat dñi tibi occurret choris comitata ꝟgineis cum et ipſe ſponſus tibi cum omnib⁹ ſanctis occurret dicens. Surge veni propera/amica mea/formoſa mea/columba mea. Iam hyems tranſijt. Canti. ij

ymber abijt et receſſit. Tunc ange li ammirabunt de tua gloria dicē tes. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſu per dilectū ſuum videbunt te filie ſyon et laudabūt. Tunc illa centū quadraginta quattuor milia in cō ſpectu throni et ſeniorū tenebunt citharas et cantabunt canticū no uum. Tunc ſecura in amplexibus ſponſi euolabis cū iubilo dicens.
Can. iij. Inueni quē diligit aīa mea tenui eum nec dimittam. Hec hieroni. Tunc filij ſeptē illi⁹ magni Job q̄ eſt magnus ſuper omnes q̄ moran tur in illa beata orientaliū regione facient cōuiuia ſinguli in die ſuo: et inuitabūt ſororē ſuā et conſortem ſuam. Et dicent tibi ſinguli. Bibe nunc et accūbe cū iocūditate: qꝛ in uenisti gratiā coram ſummo pnci pe. Et reſpōdebis cum gaudio di cens. Bibam et hilarior fiam: quia magnificata eſt hodie anima mea pre oībus dieb⁹ vite mee. ¶ O ve re inaudita magnificentia. O leta et iocunda excellētia: qualis nūq̄ in hoc ſeculo eſt audita. Puto q̄ omnes hui⁹ mūdi pompa in com paratione illius eſſet vix modica gutta. ¶ Aīa. ¶ O homo q̄ diu tacui ſatis ſilui: qꝛ que propoſuiſti cū delectatione et ammiratione ni mia audiui/ ne queſo ꝓcraſtines: quin ſpecialius et perfectius mihi aliqua de hoc celeſtiū ſpirituū cō uiuio exponas: quia iam pri⁹ ali quid de hoc tetigiſti ſed nimis ci to pertrāſiſti. ¶ Homo. ¶ O ani ma mallem iterum qd̄ petis ſub ſi lentio pertranſire q̄ vel modicum de hoc celeſti ſecreto myſterio ore polluto conferre. vel etiā mēte pci pe: quia qui adhuc mūdialibus et ſuperuacuis rebus heu ſepius im plicor: qui adhuc heu ſiliquis por corū cū ceteris mundanis paſcor: de familiaribus diuinorū ſpiritu um operationibus loqui erubeſco nimiū et confundor. Quia tamen pijs votis tuis contraire non va leo propono breuiter q̄ aliquando ſpiritu inſtigante lꝫ indignus men te pertracto. Quāuis enim in illa celeſti aula vbi plenitudo oīa boni in omnib⁹ illis pfecta eſt/ q̄uis ibi ꝑ differentia meritorū quedā da te ſunt excellēter nihil tn̄ ibi ineſti mabili diuine pietatis īmenſitate ſm Gregorium poſſidetur ſingu lariter. Omnia enim ſunt omni bus communia propter eum qui in omnibus eſt omnia. Ibi enim virgo gaudebit de ſancte viduita tis merito: ibi vidua exultabit de caſte virginitatis priuilegio. Ibi cōfeſſor de martyris iocūdabitur triūpho: ibi martyr tripudiabit de cōfeſſorū brauio: ibi ꝓpheta lau dabit de patriarcharꝫ pia ꝯuerſa tiōe. Ibi pr̄iarcha exultabit de ꝓ phetarum fide et ſpeculatione ibi apoſtoli et angeli gaudebunt de merito omnium inferiorum. Ibi omnes inferiores letabuntur de gloria et corona ſuperiorum. Ex illius enim ſancte et perfecte cha ritatis vinculo fiet: vt vnuſquiſq̄ habiturus ſit in alio quod non ha bet in merito proprio. ¶ Anima. ¶ O homo nec adhuc iſta ſuffi ciunt mentem meam quietare. vn de queſo/ ne pertranſeas mihi ali quid de dicto conuiuio ſigillatim et diſtincte explicare. ¶ Homo. ¶ O anima noſtri q̄ balbucien do vt poſſumus excelſa dei reſo namus. Nec mirum: quia cum ſi mus minus ydonei ad intelligen dum quomodo poſſumus eſſe ſuf ficientes ad loquendum: cum il la que lippientibus oculis con templamur verius ſint q̄ intelli gantur: et verius intelligantur q̄ exprimantur vocibus. Nec te ta men diutius protrahā: audi quid ymaginat̄ intellect⁹ lꝫ adhuc mo dicū deguſtet affect⁹. Puto q̄ illi

ſeptem filij de quib⁹ ſupra memo-rauim⁹ ſūt oēs ſancti ⁊ electi dei ſpiritus altiſſimi patris heredes. Et hij filij cōuiuia vnuſqſq; in die ſuo faciūt quādo ſe inuicē celeſti-bus gaudijs paſcunt. In quo de merit; ſuis ſinguli iuxta datā ſibi gloriā fercula deliciosiſſima ꝓpi-nant. Primo igit̄ die pmogenit⁹ hoc eſt ille celeſtiū angelorū nūer⁹ qui non īmerito nomīe pmogeniti cenſent̄: q2 priores ſunt creatione et cōuerſatione ad deū a quo nūq̄ receſſerūt per peccatū/ ⁊ ſemp im-mobili charitate ſummo pr̄i adhe-ſerūt et illam hereditatē beatā ce-leſtis regni priores omnib⁹ felici-ter poſſederūt. Iſti tibi o anima in ſuo cōuiuio diuerſa fercula deli-cioſa et precioſa ꝓpinant: cū vnuſ-quiſq; ordo de deo qd̄ excellētius recepit in munere gaudia ſpālia adminiſtrat. Jam cogita o anima quale tibi ferculū ꝓpiant illi ſum-mi ſpiritus ſeraphici ordinis: qui a deo vicini illi eterno patri ſunt q̄ inter ipſos et hunc nulli alij ſpi-ritus ſunt/ qui ipſum īmediacius contēplant̄ ⁊ ſuis bonis eternis ꝑ-fectius perfruant̄. Quale putas hij ꝓpinant gaudium de nature nobilitate / quale de contēplatio-nis claritate quale de dilectionis ſinceritate. hij ergo ſeraphin iſtud cōuiuiū ornant ardore diuine cha-ritatis. Cherubin ſplēdore: eterne claritatis. Throni equitate diui-ne maieſtas. Hec etiā conuiuium ornant ⁊ glorificant dn̄atiōes de dn̄andi ſuper alios excellentia. pn-cipatus de pncipiendi inferiorib⁹ magnificētia. Poteſtates de au-ctoritate malignos ſpūs coercen-di. Hoc etiā cōuiuiū honorificāt virtutes de poteſtate miracula fa-ciendi. Archāgeli de dignitate ſu-periora nunciandi. Angeli de agi-litate minora diuine ſcientie ſecre-ta reuelandi. Ecce vides qualiter ſingule mentes beatorū celeſtib⁹ gaudijs paſcūt de hijs que ab illa celeſti aula ſpecialius in munere receperūt. Nec eſt mirādū q̄ hec predicta ⁊ multa alia nobis occul-ciora adhuc illi ſpūs in noſtrū gau-dium nobis ꝓpinant/ qui tā fideli-ter/ tam dulciter / tāq; amicabilit̄ in hac lachrimarū valle nos cuſto-diunt. et nos ad illā beatitudinis patriam ꝑducere totis virib⁹ ꝯcu-piſcunt. Bernar. O ſi quis cogno-ſceret quēadmodū preueniunt pn-cipes cōiuncti pſallētib⁹ in medio iuuencularū timpaniſtriarū. Vi-deret itaq; qua cura/ quove tripu-dio interſunt cantātib⁹ aſſunt orā-tibus/ inſunt meditantib⁹/ ſupſunt quieſcentib⁹/ preſunt ꝓcurantib⁹ O anima ieiuna ⁊ famelica/ ſi vel vnam micā q̄ cadit de mēſa dn̄oꝝ in hoc conuiuio apto mētis ore aſ-ſumpſiſſes puto q̄ hanc ꝑegrina-tionē ex tunc impatienter tolera-res. Puto ſi vnā guttam de vino potus eius deguſtaſſes omnē hu-ius ſeculi dulcedinem faſtidires. Gregori⁹ ī moralib⁹. Si cor ſemel in celeſtib⁹ per deguſtationē ſub-audi figit̄/ q̄ abiecta ſint mox cer-nitur q̄ prius alta videbantur. O aīa mea dilecta delectare de con-uiuio patriarcharū/ prophetarū/ apoſtolorū/ martyrū/ confeſſorū/ virginū: qui per alios ſex filios nō īmerito ꝑfigurant̄ / quid dicam? Vnuſqſq; enim horū tot in conui-uio ſuo ꝓponet fercula quot ha-buit in hac vita virtutū opera. Et quis enarrare ſufficiat quantum gaudium quelibet aīa ſuſcipiat. De ſanctorū patriarcharū humili-tate perfectiſſima. De propheta⁊ credulitate certiſſima. De apoſto-lorum charitate ardētiſſima. De martyꝝ ſtabilitate et patiētia. De confeſſorū pietate ⁊ clemētia. De virginū caſtitate et continentia. Reuera vox ⁊ lingua deficit quia

intellectus capere nõ ſufficit quã
tum ſit gaudium angeloꝝ choris
intereſſe: cum beatiſſimis ſpiriti-
bus glorie cõditoris aſſiſtere: pre-
ſentem dei vultũ cernere: incircũ-
ſcriptum lumen videre: nullo me-
tu mortis affici: de incorruptiõis
perpetue munere letari. O q̃ felix
tibi erit hec dies cũ fueris ad he-
reditatem patrum tuorum reuer-
ſa: et quãdo ab his oĩbus cum ine-
ſtimabili gaudio fueris aſſumpta
et ad thalamum ſummi regis feli-
citer introducta. Jam nũc exper-
giſcere o aĩa mea: et cũ illa famo-
ſa regina ſaba: cum aromatib⁹ vir-
tutum: cum theſauris bonoꝝ ope-
rum: cum magno apparatu cele-
ſtium deſideroꝝ: aſcẽde illam hie
ruſalem ſupernam/ ꝛ cõtẽplare di
ligenter ſingula: et vide ꝙ veritas
vincit famã: gloria exſuperat om-
nem loquelã: ſi forte poſſis ex ad-
miratiõis magnitudine extra hu-
manum ſpiritũ rapi: et miro quo-
dãmodo in diuinum ſpiritũ tranſ-
formari: vt dicere inciperes cum
Matth. xvij. petro in magno cordis iubilo. Do
mine bonũ eſt nos hic eſſe. hic pa-
Marci. ix. ꝛ luc. ix. ter: hic ſoror: hic frater: hic patria.
O dñe permitte nos hic eſſe: ꝛ ab
hinc nũq̃ diſcedere. Ambro. Fu-
giamus o anima in patriam veriſ-
ſimam: q2 illic eſt patria ad quam
conditi ſumus: pater a quo creati
ſumus: ibi eſt hieruſalem ciuitas
ſuperna que eſt mater noſtra. An-
ſelmus. O aĩa tãtus debet eſſe in
hac vita mortali amor ꝛ deſideriũ
perueniendi ad illud ad qđ facta
es: ꝛ dolor/ q2 nondum ibi es: et ti-
mor ne forte non peruenias et nul
lam leticiam ſentire debes/ niſi de
his que tibi aut auxiliũ aut ſpem
conferũt perueniendi. ¶ Anima.
¶ O homo hec aliquãdo cogito
dũ hec tacita mẽte mecũ ptracto/
quid eſt qđ tunc interlucet michi
et percutit cor meum ſine leſione:
et inhorreſco ꝛ ardeſco. Aug. In-
tromittor aliquãdo mentaliter in
affectum multum inuſitatum: ne-
ſcio quam dulcedinem: que ſi per-
ficeretur in me neſcio quid erit qđ
vita iſta non erit: ſed recidiuo one
roſis põderib⁹: et reſorbeor ſolitis
curis: hic eſſe valeo nec volo: illic
eſſe volo nec valeo miſer vtrobiq̃.
Hec Aug. in lib. cõfeſſionum. xj.
¶ Homo. ¶ Puto ꝙ hec cele-
ſtia ſine prelibatiõe dulcedinis nõ
poſſunt a digne diſpoſitis cogita-
ri. Sed neſcio quid tunc erit cum
in te perfecte ſine enigmate pote-
rit deguſtari. Vñ non eſt mirãdũ
ſi prelibatio taliũ tibi incutit hui⁹
exilij tedium: quia nihil eſt magis
amarum q̃ poſtq̃ aĩa cõſueuit ta-
liũ pguſtatiõe cõſolari: ſi rurſum
iceperit mũdialib⁹ et tranſitorijs
iplicari. Hic eſt ꝙ aĩa laborat/ lu-
ctatur ꝛ anxiat: illic ſp̃ eſſe cupit:
nec ſufficit hic eſſe compellitur:
ſed illic poſt hoc qđ preguſtatum
eſt aſcẽdere conatur. Jam enĩ gu-
ſtato ſpiritu deſipit oĩs caro. Ui-
diſti gaudium beatoꝝ de his que
ſunt infra te: et de his q̃ ſunt iuxta
te. Uide modo ſi potes quale gau-
dium futurum ſit de his que ſunt
intra te. Homo enĩ remunerabit
in corpore ꝛ in mente: et iſtoꝝ eter
na ꝛ inſeparabili vnione. Corpus
enĩ noſtrum ex quattuor elemẽtis
eſt cõpoſitum: vnde quattuor do-
tibus erit remunerandum. Terra
tũc habebit eternam immortalita
tem: aqua omnimodam impaſſibi
litatem: aer maximã agilitatem:
et ignis ſplẽdidiſſimam claritatẽ.
Tũc fulgebũt iuſti ſicut ſol: ꝛ tãq̃ Matth. xiij.
ſcintille in arundineto diſcurrent.
Abſterget enim deus oẽm lachry
mam ab oculis eoꝝ: et iam nõ erit
amplius neq̃ luctus neq̃ clamor
neq̃ dolor: ſed ſempiterna pax ꝛ le
ticia. Jn ſempiterna patria corda
beatoꝝ ſibijnuicem et claritate lu-

cent et puritate tranſlucent. Ibi vniuſcuiuſqꝫ vultꝰ aſpicitur ⁊ conſcientia penetratur. Ibi vniuſcuiuſqꝫ mentem ab alteriꝰ oculis corpulētia non abſcōdit. Etiam mox vbicunqꝫ voluerit animus ſtatim aderit corpus. Auguſtinꝰ. Sicut enim tunc animus perfectiſſime obedit creatori: ita corpus promptiſſime obtēperabit ſuo motori. Tam potentem facit deus aiam vt ex eius beatitudine pleniſſime redūdabit in corpus: ex qua redūdantia habebit vigorem impaſſibilitatis: ſplendorem claritatis: aptitudinem ſubtilitatis. Ibi erūt omnes ſenſus in actibus ſuis. Ibi enī oculus videbit decorem ſpecioſiſſimum. Guſtus ſentiet saporē dulciſſimū. Olfactus odorabit odorem ſuauiſſimum. Tactus amplexabitur delicioſiſſimum. Auditꝰ immutabit per ſonum iocundiſſimum. Ibi enim cum mēs in exultatione rapitur/lingua in canticū laudis eleuatur. ¶ Anima.

¶ O homo audiui iādudum mirabilia: et cū vera ſint hec omnia/ quid aliud eſt hec preſens vita niſi quedam mortis vmbra? ¶ Homo. ¶ O anima bene dixiſti: quia temporalis vita eterne vite cōparata/mors eſt potius dicēda qꝫ vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis/quid eſt aliud niſi quedam prolixitas mortis? Ergo ſancti viri quia huius vite breuitatem indeſinenter aſpiciūt/ quaſi quotidie morientes viuunt: et ideo ſe non manſuros ſollicitiꝰ preparant: quia omnia nichil eſſe ex fine ſemper pēſant. Sed carnales mentes ideo preſentia diligūt quia vita carnis qꝫ fugitiua ſit/minime perpendūt. Nam ſi velocitatem tranſitus eius aſpicerēt: hāc etiam proſperam minime amarēt. Hec Gregoriꝰ. Auguſtinꝰ. Recedat ergo o aīa vite preſentis amor et accedat amor vite aduenientis: vbi nulla aduerſitas turbat: nulla neceſſitas āguſtat: nulla moleſtia inquietat: ſed perennis leticia regnat. Eleua iam oculos mētis et conſidera quāta ſit felicitas futura: vbi nullum erit malū/nullū latebit bonum. Vacabitur dei laudibus que erit omnia in omnibꝰ. Ibi enim nulla deſidia ceſſabitur nulla indigentia laborabitur. Ibi eſſe noſtrum nō habebit mortem: noſſe noſtrū non habebit errorem: amare noſtrum non habebit offenſiōem. Ibi aberit omnis tarditas: omnis corruptio: omnis deformitas: omnis infirmitas. Ibi celum nouum et terra noua. Ibi ſimiles erimus angelis dei: et ſi non etate certe felicitate. Augu. O aīa mea illam vitā amplecti debueras: vbi vita ſine morte: iuuētus ſine ſenectute: gaudium ſine triſticia: pax ſine diſcordia: voluntas ſine iniuria: lux ſine tenebris: regnum expers cōmutationis. Secūdo conſidera quantum gaudeat animus cum reſumpſerit tale corpus quale iam audiſti/nō tale quale cū ingēti dolore ſuſtinuiſti: et cum magno certamine deuiciſti: de quo ſepius tibimet impatiens patienter et iraſcēs clemēter dixiſti. Quis liberabit me de corpore mortꝭ huius? Non certe tale: ſed iam perfecte obediēs ⁊ ſpirituale. Tale inqꝫ tale quod tibi erit in contēplationis ſolatium: et ī eterne felicitatis augmētum. ¶ Anima. ¶ Mirari ſuper omnibus his non ſufficio: et pre magnitudine ammiratiōis in inquiſitione deficio. Vnum tamen ſcire deſidero: qualiter mens que in preſenti vita a dei contēplatione per corpus deprimitur/illic per ipm in cōtēplatione adiuuet.

¶ Homo. ¶ O anima ſcrupuloſa eſt hec queſtio: ſed magis eſt curioſa qꝫ deuota: breuis erit reſpon

ſio. Anima eñ tūc virtute diuina aliū habebit modum intelligendi ꝙ in via. Nec eſt mirandum ſi pro loco et tēpore mutat ordinem et modum agēdi creature que eſt fabricator ⁊ auctor vniuerſalis nature. In rebus enim mutabilibus tota ratio facti eſt potentia facientis. Certum eſt ꝙ ipſa anima nūꝙ reſumptionem corporis appeteret/ ſi reſumptum etiam quantūcūꝙ etiā glorioſum diuinam contēplationem impediret. Nam ſm Auguſtini ſententiam ⁊ doctrinam ipe anime ſancte deſiderant corporis reſurrectionem/ et expectāt iteratam vnionem: quia ipſarum ſine eo non poteſt conſummari felicitas/ nec ſatiari iocunditas: adeo enim vehementer anima corpus deſiderat ꝙ etiam aliqualiter eius cōtēplationem impedit et retardat. Bernard⁹. O miſera caro fetida et feda: vnde tibi hec gloria ꝙ anime ſancte quas de⁹ inſigniuit ſua ymagine proprio redemit ſanguine te deſiderāt te expectāt: et ipſarum ſine te non poteſt conſummari felicitas / nec ſatiari iocūditas. Auguſtinus. Cum anima hoc corpus non animale ſed ſpirituale receperit perfectum habebit ſue nature modum. Obediēs ⁊ imperās viuificata ⁊ viuificans. Tunc ineſtimabili felicitate fiet: etiam vt ſit ei glorie quod fuit ſarcine. O anima cogita qualis tibi nūc erit gloria cum induta fueris illa ſtola noua ⁊ ſplēdida/ ornata omni lapide precioſo id eſt corpore glorificato. In quo tot fulgebunt gemme precioſiſſime quot ſunt virtutes ī mēte. Tunc vt puto cantabis cum iubilo canticum nouum dño dicēs. Gaudēs gaudebo in dño: quia induit me veſtimēto ſalutis: et indumēto leticie circūdedit me: et tāꝙ ſpōſam decorauit me corona. Adhuc vide tertio ⁊ diligenter conſidera ſi tātum gaudium habitura ſis quaſi de alieno / quid hauries de proprio? Quis enim enarrare ſufficeret quantum gaudiū: ꝙ ſtupendam gloriam: ꝙ incomprehenſibilem laudem ⁊ magnificentiam habitura ſis a trinitate beatiſſima a ſctoꝝ oim ſocietate feliciſſima: pro eo ꝙ corpus tuum proprium tam viriliter per clipeum caſtitatis et continentie ſuperaſti: pro eo ꝙ mundum tam potenter per gladium paupertatis ⁊ indigētie debellaſti: pro eo ꝙ diabolum peſſimum tam fortiter per haſtam humilitatis et obedientie effugaſti: pro eo ꝙ oibus cogitationib⁹: omnibus affectionibus: ſingulis inordinatis motib⁹ tam viriliter reſtitiſti. Aduerte ſi potes ꝙ tam laudem habitura ſis ab his quos verbo ⁊ exemplo ad meliora prouocaſti. Et qd plura? Pro ſingulis cogitationibus/ locutionibus/ actionibus virtuoſis ſpecialem et eternam laudem ſuſcipies: et id quod tibi in te defuerit illa celeſtis ⁊ diuina beatorum ſocietas charitate mutua adimplebit. Quia vnuſquiſꝙ habebit ibi in primo quod ſibi deficit in merito ꝓprio. O anima hec cogita hec mēte petracta: cum tibi pie viuenti inferūtur aduerſa: ad hec mente euola. Cū premit corpus: cum fremit mundus: cum inſidiatur diabol⁹: ad hec recurre/ his mēte delinire. Quia id quod in preſenti eſt momētaneum et leue tribulationis noſtre ſupra modum ⁊ in ſublimitate eternum glorie pondus in nobis operatur. Sed q̄ reuera id ſolū eſt veꝝ gaudium: quod non de creatura ſ; de creatore concipitur: cui oīs cōparata aliunde iocūditas meror: oīs ſuauitas dolor eſt poſtremo omne quod delectari poteſt moleſtū eſt ſm Bernardum. Igitur conſulo qd iam ad premiſſa exercitata di-

ꝓpoſita ⁊ inuitata ad auctorē tuū te conuertas: et quantum gaudiū ab eo illi beati ſpiritus recipiāt diligenter conſideres ⁊ aduertas: q2 omne gaudium tibi ꝓpoſitum hic eſt accidētale: ⁊ ob hoc non ſaciat ſꝫ excitat: vt eſt illud quod de his que intra ipos ſunt accipiūt. Hoc vero gaudium quod de ſuperioribus hauriunt/ ſolum ſubſtantiale vocatur: quia per hoc ſolum affectus rationalis creature ſatiatur. Hugo de ſancto victore. Omnis iocūditas: omnis ſuauitas: omnis dulcedo rerum creatarum afficere cor humanū poteſt/ ſatiare non poteſt. ¶ Anima. ¶ Dic q̄ſo o homo quale ⁊ quātum ſit iſtud gaudium: quia hoc ſolū deſidero: hoc eſt qđ pre oībus concupiſco: quia ſcio ꝙ hec omnia etiam ſi habētur ſine illo: non ſolum non ſufficiunt/ ſed etiam aīam ieiunam/ famelicā et miſeram derelinquunt. ¶ Homo. ¶ O anima tu queris quale et quātum ſit iſtud gaudium. Interrogaui oīa intima mea et mihi narrare non ſufficiūt. Anſelmus. Si ſingula que predicta ſunt bona ſunt ⁊ iocūda/ cogita mēte quātum ſit illud bonū delectabile qđ continet iocūditatem omnium bonorum in ſe: non qualem in rebus creatis experti ſumus/ ſed tātum differētem quātum differūt creator a creatura: qui his bonis fruetur quicquid volet erit: et quicq̄d non volet non erit. Hec Anſelm⁹. Ceſarius. Beatam vitam facili⁹ eſt conſequi ꝙ̄ enarrare: cui⁹ curſus ſine termio: vſus ſine faſtidio: refectio ſine cibo: ſub antiq̄s perpetuiſq̄ gaudijs ſemper noua iocunditas: et ſine timore amittēdi cōtinuata felicitas. Puto tamen ne diutius te protraham ꝙ q̄uis ineſtimabile ſit gaudium ⁊ ineffabile: eſtimo tamen ꝙ ex tribus perueniat: qđ triplex gaudium illos beatus ſpirit⁹ letificat ⁊ delectat. Gaudēt em̄ delectabiliter in perfecta et clariſſima diuine claritatis contēplatione. Gaudēt dulciter in melliflua et ſuauiſſima diuine bonitatis deguſtatione. Gaudent ſempiternaliter in tranquilla ⁊ ſecuriſſima diuine maieſtat: ſenſione. Scis enim o anima ꝙ trib⁹ virib⁹ naturalibus preeminēs in tua ſubſtātia. habes enim vim rationalem que non perfecte illuminatur/ niſi per ſūme veritatis apertam cognitionem. et vim concupiſcibilem que non ſatiatur/ niſi per ſumme bonitatis perfectam dilectiōem. vim q̄ꝙ iraſcibilē que nō quietatur niſi per eterne maieſtatis ſecuram comprehēſionem. De his tribus dicit beatus Bernardus ſuper cantica. Qui replet in bonis deſiderium tuum: ipſe futurus eſt rationi plenitudo lucis: volūtati multitudo pacis: memorie continuatio eternitatis. Quare ps. xlj. triſtis es aīa mea et q̄re cōturbas me? Spera i deo quoniam adhuc confitebor illi. Cum omnis error a ratione: omnis dolor a voluntate/ et a memoria omnis timor receſſerit ⁊ illa ſucceſſerit quam ſperamus mira ſerenitas/ plena ſuauitas et eterna ſecuritas. O aīa quātum putas gaudeant ⁊ letantur q̄ illud eternitatis ſpeculū iugiter contēplantur: in quo oīa preterita/ preſentia et futura que ſue beatitudini cōpetunt apertiſſime ſpeculātur. Augu. Dum ad illam ſupernam lucem patris luminum venerimus totum qđ in creaturis eſſe poteſt intelligimus. Anſelm⁹. Tunc iuſti ſciēt cuncta que deus fecit ſcienda. Et quid eſt quod neſcire poſſunt: qui ſcientem omnia vident? O anima ⁊ quomodo ſimplicitas intellect⁹ hoc permittit? ¶ Anima. ¶ O beata trinitas/ iā video ꝙ ſapere ſine te deſipere

eſt:te vero noſſe perfectū ſcire eſt. Fulgentius. Sicut per ſpeculū vitreum trina nobis viſio demonſtratur:quia noſipſos ipm ſpeculū et quicq̄d preſens eſt videmus.ſic per ſpeculū diuine claritatis ipm deum.et quicquid p̄ſens eſt. id eſt noſipſos et creaturas alias cognoſcemus. ¶ Homo. ¶ O aīa que natural'r ſcire deſideras hoc ſpeculum videre affectare in illo ſtudere et legere deſidera: q2 hoc ſemel vidiſſe eſt oīa didiciſſe. Ibi reuera videbitur ꝛ reputabiť ſtultitia platonis theorica/ariſtotelis philoſophia/empedoclis theoreumata ypocratis ſcrutinia/ptholomei aſtrologia ꝛc̄.et quicquid hec de ꝟitate ītelligun⁹ minima pars eorum eſt que ignoram⁹. Sed tūc o anima videbis ꝛ affiues/ꝛ mirabitur et dilatabitur cor tuum. Et quid videbis regē regum in decore ſuo: Beda. Splēdor eterne pl'chritudis eſt tante ſuauitatis: tanteq3 dulcedinis/vt etiā ipſi angeli qui ſole ſunt incōparabiliter clariores eo ſaciari non poſſunt. Tunc ergo affiues in ſtupēda diuine cla ritatis cognitōe:miraberis in tui ipſius delicioſa conſideratione/dilataberis in omniū creaturarum perfecta ſpeculatione. O contemplatio ſtupenda ꝛ admirabilis. O conſideratio delicioſa ꝛ delectabilis. O ſpeculatio gaudioſa ꝛ ineffabilis. O q̄5 digne dictum eſt de te de⁹ meus. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia: quia ꝟm Auguſti. Tāta eſt pulchritudo iuſtitie/tāta eſt iocūditas lucis eterne vt etiam ſi nō liceret ampli⁹ in ea delectari q̄5 vnius diei hora ꝓpter hoc ſolū innumerabiles hui⁹ vite dies pleni delicijs ꝛ circūfluētia bonorum temporaliū recte meritoq3 deſpicerenť. Tam pulchra enim eſt et ſuauis vt ea viſa nihil amplius poſſet deſiderari:ꝛ omnē vincit dulcedinem et omnē ſuperat concupiſcentiam. ¶ Anima. ¶ Eſt ne aliquid aliud/cuius viſio delectet/cuius contēplatio letificet. ¶ Homo. ¶ O aīa q̄uis hec ſola ſufficeret/ſi nulla alia adeſſet/eſt tamen adhuc vna (vt de aliorū omniū pene innumerabiliū iocunda viſione taceam) q̄ mirabiliter omniū celeſtium ſpirituū mētes letificat et miro quodāmodo neſcio quo ieſtimabili gaudio omnem beatam creaturam inebriat. Videre ſcilз illius celeſtis regine deificam claritatē et ſue beatiſſime prolis glorificatam humanitatem. Quis o anima vel cogitare ſufficiat: quantū gaudiū generat illam matrē miſericordie reginam pietatis et clementie videre tam non recubātem cum paruulo vagiente in preſepio. Iam nō lachrymantem:circūeuntē:querentem ꝛ dicentem. Nūquid quem diligit anima mea vidiſtis:cum perdiderat dilectiſſimū infantulum in triduo. Iam certe non eiulantē:vociferantem:clamantem:ꝛ dicentem Quis mihi det vt ego moriar ꝓ te fili mi abſalon. cum ſtaret ꝓpe vnigenitum pendentē et morientē in patibulo. Iam nō fugientem lamentabiliter ſeu recedentē lachrymabiliter cū ſibi daretur diſcipulus pro magiſtro: ſeru⁹ ꝓ domio: quaſi alienus pro vnigenito ꝛ dulciſſimo filio. Sed hanc quondā ꝓpter nos tam miſeram tantis meroribus plenam. Iam nunc ineſtimabiliter ſuper omnem creaturam exaltatam / regnantem cum chriſto in trinitatis palatio / cantantem/iubilantem et dicentem. Tenui illum nec dimittam/venite ad me omnes qui laboratis ꝛ onerati eſtis et ego reficiam vos. Et illud. Tranſire ad me oēs qui concupiſcitis me ꝛ a gn̄ationib⁹ meis adimplemini. O anima mente de

Mat. xj

Eccli. xxiiij.

nota pertracta: ꝙ ſit plenū omni ſuauitate gaudiū/ vide hominem hoīs conditorē/ feminā oīm conditoris genitricē/ fratrē nrm̄ quōdā perditū abiectū ⁊ deſpectum/ nūc inuentū/ nūc reuerſum nūc regnātem/ nunc omnibus impantē. O qs mihi det te fratrē meū ſuggentem vbera matris mee/ vt inueniam te foris ⁊ deoſculer te/ labijs deuotionis amplecter te brachijs dilectionis/ et iam me nemo deſpiciet cum introduxero te in cubiculum cum dulcedine ſuauiſſime fruitionis. Hanc fruitionē deſiderabat ille deuotus Anſelmus in meditationib⁹ quādo dicebat. O dulciſſime pater quādo te videbo/ quādo ante faciem tuam apparebo: quādo ſatiabor pulchritudīe tua: quādo videbo vultū tuum deſiderabilem in quē deſiderant angeli proſpicere. Ve anime te non amanti: te non querēti/ que ſi mūdū diligit peccatis ſeruit/ nunꝙ eſt quieta/ nunꝙ ſecura. Nihil queſo ſine te mihi placeat/ nihil dulceſcat/ nihil ſpecioſum/ nihil preter te arrideat precioſum. Vileſcant omnia preter te qđ tibi ſit aduerſum mihi ſit moleſtum ⁊ tuum beneplacitū ſit meum indeficiens deſiderium. Tedeat gaudere ſine te/ delectet gaudere tecum ⁊ flere tecū. O bone ieſu ſi tam dulce eſt flere de te/ ꝙ dulce eſt gaudere de te? Hec Anſelm⁹. ¶ Anima. ¶ O homo iam amore videndi dominū creatorem meum langueo. Amore cernendi Jeſum fratrē meum redemptorem deficio/ iam deſiderio intuēdi illam virginē glorioſam matrem redemptoris mei vulneratā ingemiſco. O bone Jeſu quando videbo gaudium meū quod deſidero? O quando apparebit gloria eius quā eſurio: o quando veniet cōſolator meus quē expecto. O ſi inebriabor ab vbertate dom⁹ eius ad quam ſuſpiro. Jam grauis eſt mihi omnis creatura ad videndū q2 nimis incōparabiliter ſupeminet pulchritudo/ a qua proceſſerunt hec oīa. ¶ Homo. ¶ O anima expecta cum patientia vt creſcant tua deſideria: quia ſcriptum eſt: modicū ⁊ non videbitis me ⁊c. ¶ Anima. ¶ O modicum longū et nimis prolixum: q2 et ſi modica ſunt merita/ longa tamen ſunt deſideria. ¶ Homo. ¶ O anīa ſi longa et magna videntur tibi tua deſideria quibus eſtuas ad eternam gloriam ⁊ claritatem cōtemplandam/ quāto deſiderio eſtuare debeas ad eternam bonitatem perfecte diligendam/ ad ſummā maieſtatem eternaliter poſſidendam. Si enim hec omnia ſumme non diligeres/ quomodo de viſione gauderes: et ſi bene videres et diligeres: et tamen ſecura mente nō poſſideres/ quomodo beata pmaneres? Auguſtinus. Ibi igit̄ vacabimus et videbimus/ amabim⁹ ⁊ habebimus. Ipſe enim eſt finis deſideriorum noſtrorū: qui ſine fine videbitur/ ſine faſtidio amabitur/ ſine fatigatione ineternū laudabit̄ vna enim ibi ⁊ tota virtus eſt amare qđ videas: ⁊ ſumma eterna felicitas: eternaliter habere qđ amas Ibi beata vita in ſuo fonte plene ⁊ perfecte bibit̄/ vnde miro quodāmodo et delectabiliter impreſſa ſitis ſimul atꝙ ſacietas alternatur: ſed longe a ſiti neceſſitas repellit̄: lōge a ſacietate faſtidiū amouet̄. Hec Auguſtinus. Sed te ne iam o anima diuti⁹ protraham/ audi quid de predictis omnib⁹ celeſtibus gaudijs dicit ille deuot⁹ Anſelmus in fine proſologion. Excita te inquit nunc o anima mea: et erige totum intellectū tuum/ ⁊ quantum potes cogita attente/ ꝙ delectabile ſit illud bonum qđ cōtinet iocunditatem omnium bonorum.

Si iocũda eſt vita creata/ꝙ iocũda eſt creatrix eſſentia. Si iocunda eſt ſalus facta/ꝙ iocũda eſt ſalus que fecit omnia. Si amabilis eſt ſciẽtia de creaturis: ꝙ delectabilis eſt illa q̃ eſt de rebus increatis. Cur ergo per multa vagaris: querendo bona creata. Ama vnũ in quo ſunt oia. Si delectat pulchritudo/fulgebũt iuſti ſicut ſol. Si libertas aut fortitudo: ſimiles erunt angelis dei in celis. Si longa et ſalubris vita: eſt ibi ſanitas eterna. Si ſacietas aut ebrietas: ſaciabuntur de gloria ⁊ inebriabũtur ab vbertate dom⁹ dei. Si melodia/ibi canunt angeli. Si ſocietas et amicitia/ibi eſt beatorũ ſocietas et omniũ vna voluntas. Si honores et diuitie/in domo eius glorie ⁊ diuitie. Si ſecuritas ⁊ certitudo/ibi omniũ temporum eterna longitudo. O cor humanũ/cor indigens/cor expertum erumnas imo obrutum erumnis: quantum gauderes/ſi hijs omnib⁹ habundares. Interroga intima tua ſi capere poſſint tãtum gaudium ſuũ de tanta beatitudine ſua. Sed ſi homo de tanta beatitudine vix capit gaudium ꝓpriũ quomodo capax erit tantorũ gaudiorum/quantus eſt numerus electoꝝ/vbi vnuſq̃ſq; tantum diligit proximũ ſuũ quantum ſeipſum: et tantũ de ſuo gaudio gaudet quantum diligit. Ita etiam quiſq; plus abſq; eſtimatione de dei ꝙ de ſua ⁊ omniũ electorum gaudet felicitate/quia ſicut deum toto corde: tota anima: tota mente diligit: ita ad plenitudinem gaudij illius totum cor/tota anima/tota mens non ſufficit. Quia tantum gaudebunt quantũ amabunt: tantũ amabunt quantũ videbunt. Certe nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit: quantũ te amabũt et cognoſcent ſancti dei. Oro de⁹ me⁹ cognoſcam te/amem te/vt eternaliter gaudeã de te. Et ſi non poſſũ ad plenum in hac vita: creſcat ſaltem hic noticia tui et amor vt ibi ſit plenum gaudium: hic ſit in ſpe et ibi ſit in re. Domine pater per filium tuum hic iubes ⁊ cõſulis petere et promittis accipere vt gaudium noſtrum plenum ſit: peto domine qđ per admirabilem conſiliarium tuum conſulis petere et promittis accipere vt meditetur de hac mẽs mea: ſermocinet̃ os meũ: loquatur inde lingua mea: eſuriat anima mea: ſitiat caro mea: donec intrem in gaudium domini mei: qui eſt trinus et vnus benedictus in ſecula. Amen.

F I N I S.

¶ Explicit Soliloquiũ Beati bonauẽture: vna cum Uita chriſti: et Tractatu de modo ſe preparandi ad celebrandũ miſſam: ab eodẽ beato Bonauẽtura editis: nuperrimeq; Pariſius impreſſis Opera et expenſis Magiſtri Bertholdi Rembolt. Anno dñi Milleſimo quingenteſimo. xvij. die vo. xvij. Ianuarij.